Prepoſitiones accuſatiuo vel ablatiuo deſeruientes quot ſunt. Quattuor in. ſub. ſuper. ſubter.

Prepoſitiones inſeparabiles. hoc eſt que nunqȝ niſi in compoſitione reperiuntur: quot ſunt. Sex. an. cō dis. di. re. ſe.

Ad igitur cui caſui deſeruit. Accuſatiuo. quoniā tali caſui oppoſita ſemper reperitur.

De erotymatis aduerbiorum. Cap. x.

Epitome.

Hoc inuenies capite de aduerbio eiuſqȝ varietate p̄tāre et par tib' aliis inſtruunt in quo nō cēteris cognita enodantur.

Vbi que pars orationis eſt. Aduerbium. Quid eſt aduerbium. Pars orationis in declinabilis. que addita verbo ſignificationis eius aut complet. aut mutat. aut minuit. vt iā faciā non faciā. parū faciā.

Prepoſitiones vtrique caſui deſeruientes quot ſunt. — Ant. Prepoſitiones vtrique caſui deſeruientes quot ſunt. Quattuor ſunt huius ordi-
nis prepoſitiones. In ſub ſuper ſubter. En
cum ſignificat ad locum vel contra locū ac-
cuſatiuo apponitur. vt Ver. in. vj. Itur in an
Cicero — tiquā ſiluā. Idē in. ix. Ibant in curialum et
cum affectum ſignificat vt Cic. que fuit pie
tas in omnis ſuos: quādo vero ponitur pro
in loco iungitur ablatiuo: vt in domo in vr-
be. In cōpoſitione preter ſignificationes ſu
periores aliquādo auget vt inſignis aliquā
do minuit: vt infamis. Sub quoqȝ cū ꝑ an-
te ponitur: vel per actū ſibi a iungi vult. vt
Vergi. primo geor. Sub ipſum arturum te-
nui lat ene ſuſpendere falco. Idem. i. ſub lu
Verg. — cem exportant calatis: ꝑ ante actū et an-
te lucem. Ablatiuum vero deſiderat cum ꝑ
in loco ponitur Vergil. viij. eneid. Arma ſub
aduerſa poſuit radiantia q̄rcu et in. vj. ibant
obſcuri ſola ſub nocte per vmbrā. In com-
poſitione modo minuit: vt ſublutris ſubri-
deo modo locū inferiorē deſignat vt ſubeo
Sup et ſubter — ſuburbanus. Super et ſubter componuntur
vt ſuperpono ſubterlabor. In appoſitione
autem differunt tū poſitione: nā per partem ſuperiorem: ſubter inferiorē atqȝ vtraqȝ ſine interuallo ſigni-
ficat: vt ſuper aquas natat. ſubtus aquas vrinatur. ſup lapidem ſedeo ſubter terrā iacet econtrario differūt
ſub et ſupra: vt ſub celo eſt terra ſupra terrā ignis. Cū ablatiuo quoqȝ conſtruitur quando ponuntur pro abla
Verg. — tiui prepoſitione. Vergi. primo eneidos. Multa ſup priamo rogitās ſup hectore multa ꝑ priamo de hectore
re p̄poſitiones inſeparabiles prepoſitiones quemadmodum ſupra diximus aut ſeparabiles ſunt aut inſe-
parabiles: ſed de ſeparabilibus dictum eſt nunc incipit de ſeparabilibus diſſerere dicitqȝ eſſe numero ſex ſci-
licet. Am que valet circum' vt amburo is. ambio is. ex am atqȝ vro et eo amplector eris. amputo amputas.
anquiro is. anſanctus a um. Con que tantum valet quantum ſimul. et cum aliis. vt concors. compono con
quiro. Dis di que ſeparationem ſignificant. differunt tamen quoniam dis componitur cum dictiōibus que
incipiunt a c. vt diſcutio is. vel p. vt diſputo as vel q. vt diſquiro is. vel ſ. vt diſſuo is. vel t. vt diſturbo as vel ab
i. conſonante vt diſiungo is. cum incipiētibus ab f. euphonie cauſa s mutatur in f. vt a dis et fundo is. diffun
do is. di vero componitur cum dictionibus incipientibus a quacunqȝ alia conſonante: vt diduco is. digero
is. diluo is. diminuo is. dirimo dirimis. vel u conſonāte. vt diuello diuellis. Re aliquando ſignificat retro. vt
reſpicio reſpicis reuereor reuereri. aliquando ſignificat iterum vt repeto re petis requiro requiris aliquā
doa vertit ſignificationem in contrarium. vt recludo is. id quod eſt clauſum aperio relego as quod eſt gelatū
li. j facio redingo gis. rego gis. refero as. Sed que valet ſeorſum. vt ſeduco is. ſeparo as. ſeiūgo is ſecerno is.

¶ De aduerbio. Cap. x.

Ubi que pars orōnis eſt. Sc̄da pars ex indeclinabilib' eſt aduerbiū. q̄ ſic deſiderat verbo ſubiū gi: quēadmodū ꝓpoſitio caſualib' ꝓponi. Diffinit̄ aūt aduerbiū. eſt vna ex octo partib' orōnis q̄ addita verbo: vt̄ ɀ adiectiuū verbi d̄: eius ſignificationē cōplet. Nā cū dico Anto. legit nōdū ſatis plane dixi: niſi adiecero qualiter legit: hoc eſt bene vel male. Naȝ eo modo ſe h̄nt aduerbia verbis: quo adiectiua nolbus ſubſtātiuis adiuncta vt prudens homo prudenter facit. bon' homo b̄n legit. Sȝ mod' ille determinādi verbū aut cōplet auget. ꝓ verbi ſignificationē. vt faciā ſatis valde nimiū. iam aut mutat. i. in totū tollit. vt nō faciā nequaq̄ legā nunime audiā. aut minuit aliq̄dq̄ ex verbi ſignificatiōe remittit vt parum facit. tepide legit: frigide audit. *Ubi q̄ ps orōnis eſt*

Unde dicitur aduerbium. Quaſi aduerbum. quoniaȝ verbo ſemper fere adiungi deſiderat.
Species aduerbiorū quot ſunt. Due ſicut in nomine Primitiua vt nuper. Deriuatiua vt nuperrime.
Ubi cuius ſpeciei eſt. Primitiue neqȝ eñ habet aliqd vnde deriuetur: quot ſit antiquius.
Figure aduerbiorum quot ſunt. Due ſicut in nomine Simplex vt ecce. Compoſita vt eccum.
Ubi igitur cuius figure eſt. Simplicis figure. neque enim poteſt diuidi in partes ſignificatiuas
Significationes aduerbiorū quot ſunt. Innūere. Numeralis. vt ſemel. bis. ter. quater. quinquies ſexties.
Temporalis. vt hodie. cras perendie heri. nuper.

¶ Anto. Unde d̄r aduerbium. R̄ndet aduerbium ab eo dici q̄ illu' diſtinctiōe eſt expſſum hoc eſt qō verbo ſemp adiūgi deſiderat: ſȝ adiceat fere: qm̄ ɀ noib' adiectiuis nonunq̄ adiungit̄ atq̄ participiis adhuc frequenti' ipa q̄ tanq̄ verba modificatur. vt valde bon'. nimis doctus ſatis facetus: vehemēter iratus *Aduerbiū vnde dicatur* ¶ Spēs aduerbiorum quot ſunt. Aduerbia aut a ſe naſcuntur: vt nup. ſepe: aut aliunde deriuant̄. Idq̄ fit vel a noīe ꝓprio: vt a Tullio tulliane. vel ab appellatiuo: vt ab oſtio oſtiatim. vel a pronomine: vt meatī vel tuatim a meus ɀ tuus. vel a verbo vt a curro curſim: vel a nomīe ɀ verbo: vt a pede ɀ tento pedetētim. vel a participio: vt ab amans amanter vel ab altero aduerbio: vt a nup nuperrime. a ſepe ſepius ɀ ſepiſſime. aut a ꝓpoſitiōe vt ab inter interim. Exeūt aūt aduerbia in varias terminationes: quēadmodū inueſtigare volēti facile appebit. ¶ Figure aduerbiorȝ quot ſunt. Due inq̄t ſicut in noīe. Simplex vt diu. Cōpoſita vt interdiu. Et cū vero Ualla cōtra Priſci. Sergiū ꝓ cōtendit ipſū eſſe cōpoſitū ex ecce ɀ cū vt ſit. Eccū. i. ecce cū. vel potius ecce h̄uc. ſed ex ecce ɀ hic. vt ſit eccū. i. ecce hic ſubaudi de quo loq̄bamur. Nā ſi eccū in ecce cū reſolueret̄ cū Teren. ait eccū parmenonē: q̄d ſibi volebat: an quo iſti dicit ecce cū: aut ecce cū parmenonē: q̄ʒ purgata mente nemo auderet dicere. ¶ Significationes aduerbioȝ quot ſunt. Cōplures ſunt aduerbioȝ ſignificationes: ſed illas oēs ad paucas ſpēs reduximus. Quarū prima eſt aduerbioȝ: q̄ ex noīb' nūeralibus deducunt̄: vt ſemel qō vna: vt ſic dixerim vice ſit bis duabus eodē mō. ter quater quinq̄es ſexies ſepties octies nonies decies vndecies duodecies tredecies quatuordecies q̄ndecies ſexdecies ſeptēdecies. duodeuicies vndeuicies: vicies. vicies ſemel. vl' ſemel ɀ vicies: vicies bis vel bis ɀ vicies vicies ter vel ter ɀ vicies. vicies q̄ter vel q̄ter ɀ vicies. vicies q̄nties vl' q̄nq̄es ɀ vicies. vicies ſexies vel ſexies ɀ vicies. vicies ſepties vel ſepties ɀ vicies: vicies octies vel octies ɀ vicies. vel duodetricies vicies novies vel novies ɀ vicies. vel vndetricies. tricies quadragies quinquagies ſexagies ſeptuagies octogies. nonagies centies ducēties trecēties quadringēties: quingēties ſexcēties ſeptigenties octingenties. nongēties vel nongēties: milies bis milies ter milies: quater milies: q̄nq̄es milies: ſexies milies: ſepties milies: octies milies: novies: milies decies milies vicies milies tricies milies quadragies milies quinquagies milies. ɀ eadē rōne cōiūgēdo aduerbia aduerbiis. quēadmodū nūeros nūeris adiūgere cōſueuimus. Pro eo qō vulgo dicerēt latine dicim' cētū milia p eo qō dos cētos. vicies cētū milia p tribus: tricies centū milia: p quatuor: quadragies cētū milia p q̄nq̄ q̄nquagies cētū milia. p ſex ſexagies cētū milia. p ſeptē: ſeptuagies cētū milia p octo octogies centū milia. p nouē nonagies centū milia: p decē centies centū milia. p vndeci cēties decies centū milia. p viginti ducenties centū milia. p triginta trecēties centū milia. p q̄draginta quadringenties centum milia. pro quinquaginta quingenties centū milia. pro ſexaginta ſexcēties centū milia. p ſeptuaginta ſeptingēties centū milia. p octoginta octingēties cētū milia. p nonaginta noningēties vel nongēties cētū milia pro centū milies cētū milia. p ducentis bis milies centū milia. pro trecentis ter milies centū milia ɀ eodem modo de reliquis que ſequunt̄ que numerandi ratio ex eo puenit. q̄ antiquiores auctore Pli. xxxiii. natu. hyſt. nō numerabāt niſi ad centū milia deinde numeȝ illum p aduerbia repetebant. vt ſupra docuim'. *Significationes aduerbiorum quot ſunt.*

¶ Tpalis. aduerbia tpalia aut ſunt tpis preſentis aut preteriti: aut futuri. preſentis ſiue inſtantis eſt nūc. dici p̄ſentis hodie prime. p̄teriti eſt heri ɀ deinceps nudius tertius nudius quartus: nec amplius hec ratio pcedit q̄ꝙ̄ Plau. poetica vel potius ſua licentia dixit nudius quintus nudius ſextus nudius ſeptimus: et deinceps. Cicero quoq̄ in quinta philippica. Recordamini qui dies nudius tertius decim' fuerit. ɀ paulo poſt iterum. Philelphus quoqȝ in quadā epiſtola dicere auſus eſt nudius decimusſeptimus. hec eñ aut aduerbia ſunt aut aduerbialiter poſita. De die proxime futuro dicimus cras poſtea perendie. die quarti. die quinti. die ſexti die ſeptimi et deinceps. Nam et hec aduerbia ecce. A. Gel. auctor eſt qui ſcribit die quarti die quinti die ſexti ɀ ſimilia p aduerbiis copulate poni ɀ ſubdit hoc igitur interest. q̄ die quarti de preterito dicimus. die quarte vel quarti de futuro eodē q̄ȝ modo dicendum eſſe putat die priſtini pro pridie. die craſtini p cras. die perendini. pro perendie. De tpe ṽo preſenti proximo ſiue illud ſit preteritum ſiue futurum. modo iam. dudum, vt modo feci. modo faciam. iam feci iam faciam. dudum feci dudum faciam. Uerg. ii. eneid. Iamdudum ſumite penas. Iuuena. iii. dudū vigilantibus orbis. hoc de p̄terito. illud de futuro. ſignificatq̄ auctore Ualla ſpaciū hore vnius aut pauloplus minus ve p qualitate rei de qua loquimur. de futuro quoq̄ p̄ſenti proximo diximus ſtatim mox continuo illico. Nup vero paucis diebus ante pridē ɀ iāpridē paucis menſibus. Olim ɀ quondā de tpe a p̄ſenti remoto ſiue illud ſit p̄tīo ſiue futuȝ: aliq̄n de tpe indifferenti. De ptō. Hora. olim truncus eram ficulnus inutile lignū. Cice. i. Catil. fuit, ista quondā in hac rep. virtus. De futuro. Uerg. i. ene. Certe *Plinius* *Cicero* *Cicero*

pinc Romanos olim voluentibus annis. ⁊ ſi dicas veniet quondam illa dies. De tpe indifferenti. Uer. v. eñ. quod tumidis ſubmerſum tunditur olim. Idē. ñ. eñ. Quōdā etiā victis redd it in pcordia virtus. Eodē quoq mō aliqñ: vt aliqñ factum fuit aliquādo fier. Sunt ⁊ alia cōplura aduerbia tpis. vt ſemper: nunq̄: ſepe raro.

ℂ Ebu. Unde dr aduerbiū. hoc erotymate finito erotyma quoddā auctori deeſt. Quo queratur. Aduerbia quot accidunt? tria. Species: figura ⁊ ſignificatio reſpondeatur.

ℂ Anto. Localia. aduerbia quoq loci com-
Aduerbia loci. plura ſunt: ſed nūc tñ de diſcretis dicendum
eſt cū cōia paſſim reperiant. itaq aduerbia — **Localis. vt hic iſthic. illic: huc iſtuc illuc.**
localia in quadruplici ſunt differentia. nā
aut ſunt in loco. aut de loco. aut ad locū aut per locum. Ubi et vbinā querit de loco in quo. vt vbi eſt Anto. vñ
Quo et quorſum. querit de loco a quo. vt vñ venisti. Quo ⁊ quorſum q̄rit de loco ad quē vt quo is. Qua querit de loco p quē. vt
qua itur' es. Significātia locū in quo hic vbi ego ſum ponit̄ ēt p illic. Uer. ⁊. eñ. hic illius arma. hic cu rus fuit
p illic. ponit̄ etiā p tunc aduerbio tpis. Iuue. hic tūc vmbricius. qñ pribus inqt honeſtis. Iſthic hoc eſt vbi
tu es. Uer. ñ. eñ. Pater iſthic ianua leto. Illic vbi aliquis eſt. Iuue. viuat arturius illic. ⁊ Catul. Ubi qñ grauatur ſignificat in quo loco relatiue. Uer. in. j. eñ. Scuus vbi eacide telo iacet hector. Reſpōſiue quoq grauatur. vt vbi eſt Ceſar interroganti ſi dixeris vbi Pōpe. in pmo ſyllaba finalis acuit. in ſecundo grauatur. Eo
dē mō dicemus ſicubi p ſi in aliquo loco. Necubi p ne in aliquo loco. alicubi p in aliquo loco. vbiuis vbiq vbi
Uſq p aliquo loco libet. vbiubi vbicūq pro in quocunq loco. Ibi pro in eo loco. ibidem pro in eoipſo loco. Alibi pro in alio loco
Inibi pro in eodem loco. Uſq̄ pro aliquo in loco. Nuſq̄ pro nullo in loco. Intus p in pte interiori. Foris pro
in pte exteriori. Supra p in pte ſuperiori. Infra p in pte inferiori. Nola vrbiū ⁊ oppidoꝝ ꝓpria ſi ſunt pme
et ſcde declinatiōis ſingularia ponunt in gtō aduerbialiter. vt Rome p in vrbe Roma. Tarēti p in oppido
tarēto. Si vo ſunt tertie declinatiōis aut pluralia ponunt in dtō vt carthagini p in vrbe carthagine. Plau.
in prologo caſſine. Ego aio hoc fieri in grecia: ⁊ carthagini. Idē in ciſtella fuere ſicyoni iā diu dionyſia. Uerg.
iiij. eñ. Tyria carthagine q̄ nūc expectat. Quāq̄ Seruī' in locū illū Uergilii dicat nolabimꝰ locoꝝ cū aduerbia
Apule. liter ponūtur nō in ablrō. ſed in dtō. debere poni. Aut eñ hiſ verbis. Tyria carthagine p carthagini. ⁊ pro ad
uerbio in loco de loco poſuit. Apuleius i libris floridoꝝ. ſemp carthagini. nūq̄ carthagine ponit aduerbialiter ſic Hora. Rome tybur amē ventoſus tybure Romā. Idē q̄ dicendū eſt de pfaliter declinatis: vt piſis fundis trallib'. hoc eſt in illis vrbib'. Sed in his nihil refert cū dtīs in terminatiōe ſiles ablrō ſit. Ad ſimilitudinem ſupioꝝ ponūtur aduerbialiter illa roge. i. in pace. militie. i. in bello. domi. i. in domo. rure. veſperi. i. in veſpere. lucu pro in die. qō ſi hec in ablrō repiantur. aut aduerbia nō ſunt: aut ablatiuus. pro datiuo ponitur vt
Significātia locum ad quem. Hora. j. epiſt. Quin p dies tibi pollicitus me rure futurū. Significātia locū ad quē huc. i. ad hunc locū in quo
ego ſum illuc. i. ad iſtū locū in quo tu es. illuc. i. ad locū in quo aliquis eſt. Si quo. i. ſi ad aliquē locū. Ne quo.
i. ne ad aliquē locum. Alio. i. ad alium locum. Utroq. i. ad vtrūq locum. Quoquo quocunq quolibet quouis
i. ad quēcūq locum. Eo. i. ad eum locum. Eodē. i. ad iſ in eundē locum. Intro. i. ad partē alicuius loci interiorem. Foras. i. ad partē loci exteriorē. Surſum. i. ad partē loci ſupiorem. Deorſum. i. ad ptem inferiorē. Siniſtrorſum. i. ad ſiniſtrā partem. Dextrorſum. i. ad dextrā. horſum. i. ad aliquem locū. Nola q̄ vrbium ⁊ oppidorum ꝓpria ponuntur aduerbialiter in acrō. vt Romā. i. ad vrbē Romā tarentum. hiſpalim piſas. fundos
hoc eſt ad illas vrbes. Significātia locum p quem. Hac. i. p locū: vbi ego ſum. iſtac. i. p locum vbi tu es. illac. i.
Nomina vrbium ⁊ oppidorū ꝓpria ponūtur in ablrō p locum: vbi aliqs eſt. Siqua. i. p aliquem locum. Nequa. i. ne p aliquem locum. Alia i. p alium locū. Quauis q̄
liber quacunq. i. p quācunq partem. vtraq. i. p vtrāq. Ea. i. p eum locū. Eadē. i. per eundem locum. Intus
i. per locum interiorē. Foris. i. per locum exteriorem. Nola quoq vrbiū ⁊ oppidorum ꝓpria ponuntur in ablrō
vt Roma. i. per vrbem Romā. tarento. hiſpali piſis fundis trallibus. i. per illas vrbes. Significantia locum a
quo. Hinc. idest ab eo loco: vbi ergo ſum. Iſthinc. idest ab eo loco: vbi tu es. Illinc. idest ab eo loco: vbi aliquis eſt. Si cunde. idest ſi ab aliquo loco. Necunde. idest ne ab aliquo loco. aliunde. idest ab alio loco. Utrinq. i. ab vtroq loco. Undiq vndelibet: vndeuis: vndecunde: vndecunq pro ex quacunq parte ſiue loco. Inde
id eſt ab eo loco. Idē. i. ab eo ipſo loco. Intus. i. a loco interiori. Foris. i. a loco exteriori. Supne. i. a loco ſupiori. Inferne. i. a loco inferiori. Celitus. i. a celo. Nola quoq vrbiū ⁊ oppidoꝝ ponunt in ablrō aduerbialiter vt
Cicero. Roma. i. ab vrbe Roma. Eodē mō tarēto. hiſpali piſis fundis trallib'. i. ab illis vrbib'. Reperiūt tñ ſepe apō
autbores huiuſmodi noībus vrbiū ꝓpriis adiūcta prepoſitio vt Cicero in verrē. Ea die verres ad meſſanā
Uergil. venit Saluſtius in iugurtha. ad cirtā oppidū iter conſtituunt. In catilina. nā brutus ab roma aberat. Liui.
viij. ab vrbe cōdita: ⁊ ab lauinio venerant antiqua auxilia. E cōtrario cū nominibus regionū ⁊ prouinciarum
prepoſitiones addi debeant aliqñ ab autboribus detrabuntur. Uerg. j. eñ. Italiā fato profugus lauinaq ve
Cicero. nit. i. ad italiā. Et in eodē. Si datur Italiam ſocus ⁊ rege recepto tendere.

ℂ Ebu. Localia vt hic nola ꝓpria vrbium ⁊ oppidoꝝ aduerbialiter tāctū. reperiantur nihil obſtat tamen
quominus ſepiſſime a prepoſitione regant. Ci. li. xj. ad atticū de illius ab Alexandria diſceſſu nihil rumoris
eſt. Idem pro Gneo Pōpeio ipſe aūt a brūduſio profectus eſt etiā quū appellatiuo adiungānt idem in verrē
et oppido thermis diſceſſit. Quū autem deeſt. In ſcda preſertim declinatione magis a loco q̄ in loco ſignificatur. Ci. lib. vij. epi. ad trebatium cum inibi libeū niſi Rhegio ſcriptum. nā ſcriptū rhegii diceremus Ceſar
i ⁊ cōmentariis coactū fugere. ad illerdā reuerti idē Ceſar a gadibus ad hiſpalim recurrit vrbē. Romam nō
autem vrbē Rome pro ſua oratione dicimus. Salu. vrbē Ro. ſicuti ego accepi ⁊ in diuerſis numeris. Quintus
Cur. lib. j. ad vrbē Celenas exercitum admouit poete etiā ad locū datiuo vtuntur preſertim ſi receperint
adiectiuū Iuue. Quoties te roma tuo refici properantē reddet aquino. ſi ab illo verbo reddet regatur nam ſi
pendeat ab infinitiuo refici gtīs eſſe debuit in loco. Sed poete in ablrō ſcribunt Mar. li. ñ. Cornelii refe-
Negatiua aduerbia ras me ts eē foro nō aūt dixit fori ⁊ vt Valla colligit grāmatica domi dicit Latini vero ⁊ emendatiores in domo dicerēt. Terē. in Adel. ⁊ materfamilias vra erit in domo. Quin. in domo furtū factum dixit.

ℂ Anto. Negatiua. ſūt aduerbia ēt negādi
p ꝗ aliqd negam' vt ſi qō ſpatiuo iūgi nō ſt
ſ alhs mōis vt nō leo haud amo minime — **Negatiua. vt non haud minime. nullatenus.**
doceo. nullaten' audio. ne [illegible] pon' eſt — **Affirmatiua vt etiam profecto nimirum.**

De moſtratiua vt en ecce.
Optatiua. vt o. ſi vt vtinam.
Ordinatiua. vt continuo. deinde deinceps
Interrogatiua. vt cur quare ꝙobrem nunquid.
Dubitatiua vt fors forte fortaſſe forſan forſitã.
Uocatiua vt o. heus obo.
Diſcretiua vt ſeorſum diuiſim bifariam.
Congregatiua vt ſimul: vna pariter.
Iuratiua. vt edepol mehercule mecaſtoꝛ
Hoꝛtatiua. vt eia age agedum agite
Intenſiua: vt valde penitus vehementer
Remiſſiua vt ſenſim paulatim pedetentim
Diminutiua. vt belle argutule. clanculum.
Comparatiua vt magis melius fortius.
Superlatiua vt maxime optime fortiſſime
Similitudinis. vt ceu ſicut tanquam
Quãtitatis vt multum parum nimium.
Qualitatis vt bene docte ſapienter.
Ubi igitur cuius ſignificationis eſt. Localis.

dehoꝛtatiua vt Uer. iii. eñ. ¶ Tu ne cede ma lis ſed cõtra audẽtioꝛ ito. Sed in carmine iungit hec ꝑticula imꝑatiuo et optatiuo. in proſa orõne aut optatiuo. vt Terẽ. in phoꝛmione. Qd vitã ne phoꝛmioni id ſuadere in mentem incidiſſet. aut ſubiũctiuo. vt ſi dixeris oro te ne facias ſed tunc coniunctio eſt ⁊ accipit pro eo qd eſt vt nõ. ¶ Affirmatiua. Aduerbia affirmãdi ſunt. ꝑ que aliqd affirmamus. vt etiã cũ pro aduerbio conſentientis accipit: vt eſt in digeſtis in titu. de verbo. obli. ⁊ rñderit etiã: qd ni. Nã ⁊ qd interrogatiue ꝓlatũ aduerbiũ eſt affirmandi expo nitur q. i. cur nõ. Profecto nimirũ: nẽpe certe: ⁊ his ſimilia. ¶ Demonſtratiua. Demonſtrãdi aduerbia ſunt. qbus aliqd quaſi digito idicamus vt en. ecce. q̃ ntõ ⁊ actõ iũgi ꝑht. Uer. j. eñ. En Priamus ſunt hic ẽt ſua ꝑmia laudi. Idẽ in bucco. en quattuoꝛ aras. Ecce duas tibi daphni duoq; altaria phebo. Teren. in eunu. ecce autẽ alter: qui ſi acceperit amare. nã alter nõ alterũ eo loco eſſe legendum donatus ſcꝛipſit. Plau. in baccbidibus opus ne erit tibi aduocato triſti iracundo. ecce me. hem magis eſt poeticũ affectui deſeruiẽs atq; admirationi. ¶ Optatiua opta tiui aduerbia ſunt q̃ optatiuo modo iungi poſſunt. vt Uer. in bucco. o tãtũ libeat mecũ tibi foꝛdida rura ⁊ idẽ. vj. eñ. Si nũc ſe nobis ille aureus arboꝛe ramus. vt Hoꝛa. ij. ſer. Iuppiter vt pereat poſitum rubigine telũ. Utinã Uerg. j. eñ. atq; vtinã rex ipſe noꝛho compulſus eodem. Iungimus etiã hec. c. vt oſi. o vtinam. Ouid. in epi. Penelopes. O vtinã tũc cũ lacedemonia claſſe petebat. Perſius. O ſi ebulliat patrui pꝛeclarũ funus ⁊ oſi argenti crepet mihi ſeria. ¶ Ordinatiua ordinandi aduerbia ſunt qbus medijs plura oꝛdinamus vt cõtinuo. Uerg. vj. eñ. Cõtinuo audite voces vagitus. Deinde idẽ in codẽ pꝛima deinde tenẽt meſti loca Deinceps. T. li. iiij. thuſca. q̃ vt deinceps. q̃ accubarent canerẽt ad tibias. ¶ Interrogatiua: qbus interrogamus. vt cur. Iune. Cur deſiderio bibule ſertoꝛius arderet quare Martia. nec poſſum dicere q̃re. i. quãobrẽ ⁊ quapꝛopter. Nũqd ⁊ nũ. Ouid. i epi. Sapphus. Nũquid vbi aſpecta eſt ſtudioſe littera dextre. ¶ Dubitatiua. qbus ſignificam⁹ nos dubitare. vt foꝛs. Uer. xj. eñ. Fors vota facit cumulatq; altaria donis. Pro forte foꝛtaſſe foꝛſan foꝛſitã foꝛſit Hoꝛa. j. ſer. Quia nõ vt foꝛſit honorem iure mihi inuideat. ¶ Uocatiua: qb⁹ aliquẽ vocam⁹. vt o regina nouã cui cõdere iuppiter vrbẽ. neq; enim articulus eſt qm̃ ſexũ nõ demõſtrat. heus qd vocãtis ſimul ⁊ hoꝛtãtis eſt vt idẽ in eodẽ ac pꝛioꝛ heus inqt iuuenes monſtrate. oho vocãtis q̃ eſt ſed magis poeticũ. ¶ Diſcretiua qbus diſcernimus ⁊ ſeparamus: vt ſeoꝛſum ſeoꝛſis. Uerg. ineſt ⁊ nõ pariter nõnũ. ꝑ ſepe ſeoꝛſis. diuiſim ſeparatim ſigillatim diſtincte bifariã trifariã multifariã. ¶ Congregatiua: quibus multa in vnũ congregamus: vt ſimul vna pariter: que tpis ⁊ loci ſunt. ¶ Iuratiua ſunt ⁊ aduerbia iurãdi. vt hercule hercle meherde mehercule. i. ꝑ herculem vel ita me hercules amet caſtoꝛ mecaſtoꝛ. i. ꝑ caſtoꝛẽ: vel ita me caſtoꝛ amet. ⁊ ſic medi⁹ fidi⁹. i. ꝑ iouis filiũ. ¶ Hoꝛtatiua exhoꝛtãdi aduerbia ſunt eia. Hoꝛa. j. ſer. Eia qd ſtatis. Age agite agedũ: ſ; ꝑ age vnũ exhoꝛtamur. ꝑ agite plures per agedũ vnũ ⁊ plures. Qui. agedũ ſi videreť extra poꝛtas ꝑſpicere diam⁹ q̃ diſſectum eia age. Uer. in. iiij. Eia age rũpe moꝛas. ¶ Intenſiua. intenſiua ſunt qbus intẽſe ac nimiũ aliqd fieri aut eſſe ſignificam⁹ vt valde penitus. oĩno: vehemẽter: funditus. ¶ Remiſſiua ſunt his cõtraria: ꝑ q̃ aliqd fieri remiſſe ⁊ frigide dr: vt ſenſim: paulatim: pedetẽtim: frigide: tepide. ¶ Diminutiua: vt clã claculũ. ⁊ q̃ ab adiectiuis diminutiuis fiũt: vt a bellus belle: ab argutul⁹ argutule. a molliculus mollicule. ¶ Cõparatiua q̃ a cõparatiuis deriuanť. vt a maioꝛ magis. a melioꝛ meli⁹: a foꝛtis foꝛtius. ¶ Suplatiua q̃ a ſuplatiuis deriuanť: vt ab optim⁹ optime. a maxim⁹ maxie a. foꝛtiſſimus foꝛtiſſime. ¶ Similitudinis aduerbia ſunt qſi ſeu. velut veluti. ſicut ſicuti. vt vti. hec ẽt coniunctionũ vim hñt cauſaliũ: vt poſtea dicemus ſuo loco. ¶ Quãtitatis aduerbia ſunt multũ nimiũ: parum nimis. ¶ Qualitatis aduerbia latiſſime patẽt nã ⁊ ab oĩbus fere noĩbus adiectiuis ducunť. vt a bon⁹ bone. a malus male. ⁊ a ꝑticipijs. vt a docto cte. ab amãte amãter. Sũt inſ̃e alie aduerbioꝝ ſignificatiões: vt q̃ dr attractiua q̃ vt ſupꝛa memoꝛauimus auctoꝛe. Qui. a qbuſdã pars orõnis diſtincta ab alijs partibus ponitur vt viritim ꝑ ſingulos viros. oppidatim ꝑ ſingula oppida municipatim per ſingula municipia.

Teren.
Demonſtrãdi aduerbia.
optatiua aduerbia
Hoꝛati⁹
Perſius.
Interrogatiua aduerbia
Hoꝛa.
Quãtitatis aduerbia.

¶ De erotymatis interiectionum. Cap. xj.

¶ Epitome.

☞ Quid interiectio ſit ⁊ que illius partes hoc ineunti interroganti capite reſpõdetur.

HEu que pars orationis eſt. Interiectio. Quid eſt interiectio pars orationis indeclinabilis affectum mentis incondita voce ſignificans.

Unde dr interiectio. Ab interijciendo eo ꝙ alijs par-

¶ Anto. De interiectiõe. Ca. xj. Interiectionẽ quẽadmodũ ſupꝛa memoꝛauim⁹ greci inter aduerbij ſignificatiões annumerãt quia hec q̃ ſicut ⁊ aduerbium v̄bo adiungiť aut expꝛeſſo aut ſubintellecto: vt ſi dicam pape qd video: vel ſi per ſe dicas pape ſubauditur miroꝛ vel aliud v̄bũ: qd admirationẽ ſignificet. Latini v̄o interiectionẽ ab aduerbio ſepararũt: aut qꝛ videtur i ſeſe affectũ habere verbi ⁊ plenam motus al ſignificationes et ſi non addatur verbum. vel quia cum articulis carent voluerunt equare cum grecis partes orationis. vt hac vna ratione octo

De interiectione.

tibus orationis interijcitur.
Interiectioni quot accidunt. Sola ſignificatio
Significatiões interiectiõis quot ſunt. plures.
Lugentis vt heu hoi hei. Dolentis vt hei hoi oba
Timentis vt hei ah. Exultantis vt euax vax oh.
Admirãtis vt pape vah.
Exclamãtis. vt proh vah.
Ridentis. vt ah. ah he.
Deridentis vt hui   Silentis vt hauſt
Laudantis vt euge.
Uitãtis vt apage apageſis apagete
Uocantis vt io oh.
Deprehendentis vt at at.
Heu cuius ſignificationis eſt. lugentis.

eſſent apud nros: quẽadmodũ et apud illos dicit igitur partes diffinitionis explicãs interiectionem eſſe vnã ex octo ptibus orõnis ſed q: ex illis quattuor ſunt declinabiles et quattuor ĩdeclinabiles: dicit vnã eẽ ex quattuor indeclinabilibus ſignificatẽ affectũ id eſt paſſionem: in quo vt diximus latini eã ab aduerbio differre voluerũt qd pro addit voce incõdita: hoc etiã illam ab aduerbio ſeiũgit qñ p exclamationẽ quãdã ꝛ vocẽ incõditã. i. prope inarticulatã profert. Interiectio aũt

Verg.

ideo dicta eſt q ſeriẽ orõnis rũpẽs interijcit et cũ aliquo mẽt affectu pfert vt Uer. j. eñ. Nauibus infandũ amiſſis vnius ob irã pdimur. Ordo eñ erat nos prodimur nauibus amiſſis ob irã vnius iunonis ſʒ cũ exclamatione interiecit: infandũ: quaſi dicat pro ſcelus indignũ. Habet igit interiectio varias ſignificationes. Lugentis. Terẽ. in eunu. cum ſduxit doꝝ lugẽtẽ hei hoi dicat: heu q̃ et hei que dolẽtis: diximus etiã lugẽtis ſunt dolẽt

Interiectio varias hʒ ſignificationes.
Teren.
vergil.

Uer. in. j. hei mihi qualis erat. Idẽ in. x. o dolor atq; decus magnũ idẽ I buc. ah ſilice in nuda cõnixa reliquit. Timẽtis. Teren. in andria. Hei vereor ne q̃d andria apportet mali. Idẽ in eadẽ hei metui a chriſide. Uer. in buc. Ah ne te frigora ledãt ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plãtas. Exultãtis. Terẽ. in heauton. vah. ergo: mea antiphila. Idẽ in adelphis oh lachrymo pregaudio. admirãtis. Teren. in eunu. pape facie honeſta ꝛ iterũ pape noua figura oris. Idẽ in andria. vah cõſiliũ callidũ. Exclamãtis. Lucanus p ſi remeaſſe in vrbẽ. Terentius in andria vah perij hoc malũ integraſcit. ꝛ illud ex euãgelio. vah qui deſtruis templũ dei. Ridẽtis Terẽ. in andria. ah ah he mirũ vero. Idem in eunu ah ah ah. defeſſa iam miſera ſunt te ridẽdo. Deridentis Terentius in andria. hui tam cito ridiculum. Idem in eunucho hui mihi illam tu: lauda. Silẽtis. Terentius in eunucho. au me cõparãdus hic q̃dẽ ad illũ eſt. Idẽ in eadẽ au obſecro mea pythias. Laudãtis. Martia. effecte grauiter cito nequiter euge beate: ꝛ illud ex pſalmo. Qui dicit mihi euge euge. Uitantis. Teren. in eunu. apageſis egeon formidoloſus. Idem in eadẽ apagete. Uocãtis Ouidius ecquis io ſilue crudelius inquit amauit. Teren. in adelphis. ho qui vocare. Deprehendentis Teren. in andria at hoc illud eſt hinc ille lachryme. Idem in eunu. at at. data hercle verba.

De coniunctione.

Anto. De cõiũctione. Caput duodecimũ

De erotymatis cõiũctioni. Ca. xij. Epitome.

Coniũctio cũ hic tribus q̃ ſibi accidũt rñſionib' ad erotymata datis q̃d ſiet monſtratur ad oculum.

Et que pars orationis eſt. Coniunctio:
Quid eſt coniunctio. pars oratiõis indeclinabilis connectens ordinãſq; ſniam
Unde dicit coniunctio. Ab eo qd cõiungat ꝛ orationi p vinculo interponatur.
Coniunctioni quot accidunt. Tria. Figura ordo. poteſtas ſiue ſpecies ſiue ſignificatio.
Figure coniunctionis quot ſunt. Due ſicut in nomine ſimplex vt at et. Compoſita vt atq; etenim.
Et cuius figure eſt. Simplicis figure.
Ordo cõiunctionis quotuplex eſt. Triplex q̃dam eniʒ ſemp preponuntur. vt at ac aſt aut vel nec ne neq;.
Quedã ſemp poſtponunt. vt q; ne ve qdem quoq; aũt vero enĩ. q̃dã mõ preponunt. mõ poſt ponunt vt atq; igit. itaq; qñ q: etſi. Et cuius ordinis eſt: prepoſitiui.
Poteſtates coniunctionis quot ſunt. Complures.
Copulatiua que ſenſum ꝛ verba coniungit. vt et. q; at. q;. quoq; autem vero quidem
Diſiũctiua que q̃uis dictiones coniungit. ſenſum tñ diſiunctum habet. vt au t vel ve ſiue ſeu.
Subdiſiũctiua ẽ q̃ voce diſiũctiua vtrũq; adeẽ figit vel ſimul vl' diſcrete. vt alexãder ſiue paris dormit vel legit tota die.

Ultima ex quattuor indeclinabilibus orationis partibus eſt cõiunctio. cui' pprium eſt diuerſas orationis partes contingere. Itaq; diffinitur coniunctio eſt pars orationis indeclinabilis connectens ordinanſq; ſententiam connectens inquam quando ſimul res aliquas ineſſe ſignificat. Ut eneas pius ꝛ fortis. vel connectens verba et diſiungens ſententiam. vt eneas bonus vel malus. Ordinãs quãdo alterũ ſequitur ad alterum vt ſi currit mouetur ex his manifeſtum eſt: vnde coniunctio dicitur. Coniunctioni quot accidunt. Priſcianus dicit tria. figura ordo ſpecies quam alij poteſtatem alij ſignificationem appellant. Figure coniunctionis quot ſunt due reſpondet ſicut in nomine.

Coniunctioni tria accidunt.

Ordo coniunctionis quotuplex eſt. Triplex inquit deinde mẽbra diuiſionis explicat poteſtates coniunctionis quot ſunt ꝛ quia nõ habẽt certũ numerũ dicit eſſe complures et enumerat quaſdã ex his q̃ ſunt magis note. hoc eſt copulatiuã diſiũctiuã ſubdiſiunctiuã cauſalẽ collectiuã dubitatiuã aduerſatiuam approbatiuas. Cauſalis rurſus diuiditur in continuatiuã ſubcõtinuatiuam adiũctiuã ꝛ effectiuas. De quibus ſingulis oſtendit. et q̃ ſint ſubiũgẽs exẽplũ cuiuſq;. Sed quia cõiunctiones ſub eadẽ voce inueniũtur diuerſarũ poteſtatũ ſiue ſignificationũ viſum eſt de ſingulis aliq̃d dicere idq; ſm ordinẽ alphabetarium: quo facilius volẽti inq̃rere occurrant.

Ordo coniunctionis quotuplex eſt.

Ac.

Ac igitur reperit copulatiua. vt bonus ac ſapiens reperit ẽt poſita p q̃ vt Uer. haud ſec' ac iuſſa faciũt Salu. iniungit. Caſtra mouebãt iuxta ac ſi hoſtis adeſſet. Ac p ſaltem ad

Ac pro ſaltem.

Cauſalis q̄ cām continuationis explanat. vt q̄m. nam nāq3 enim vt.
Collectiua ſiue illatiua que ſuperiora colligit vt igitur ergo itaq3 quapropter q̄obrem.
Dubitatiua que dubitationē aliquā cū interrogatiōe ſignificat vt an ne necne.
Aduerſatiua q̄ aduerſam ſniam ſequenti aut precedēti monſtrat. vt licet. q̄q̄ q̄uis et ſi ſaltem
Approbatiua que rē aliquā approbat. vt ſi ſiqdē qdeʒ q̄n quādoqdem quidem.
Completiua q̄ ornatus cā aut metri neceſſitate pōitur Ut qdem enim nam nāq3 vero.
Cauſalis rurſus diuiditur in continuatiuā ſubcontinuatiuā adiūctiuam effectiuam
Cōtinuatiua eſt: q̄ continuationē ⁊ conſeq̄ntiam rerū ſignificat. vt ſi cū dū vbi.
Subcōtinuatiua eſt q̄ cām continuationis oſtendit cū eſſentia rex. vt quoniam q2.
Adiunctiua eſt. q̄ verbis ſubiūctiuis adiūgitur vt vt ſi. cum vbi quando. Effectiua que reddit cām effectus vt enim igitur. Et cuius poteſtatis eſt copulatiue.

uerſatiua eſt ver. vj. enei. at ramū hūc agnoſcas eſt ēt exclamātis aduerbiū: vt Hora. in epodo. at o deo⁊ q̄ſq̄s regis terras Verg. ij. eñ. At tibi p̄ ſcelere exclamat p̄ talibus auſis. At ediuerſo copulatiua Vergil. j. eñ. At ego q̄ diuū incedo regina iouiſq: ſʒ tn̄ poeti ce q̄m s recipiat vt cū breuis eſſet p̄ducere. Atq3 copulatiua vt Verg. j. eñ. Atq3 eq̄dē memini teucrū ſidona venire reperit̄ ēt poſita pro qua Teren. i phor. ne ſimili vtamur fortuna: atq3 vſi ſumus. atq3 iter collectiuas ponit̄ a p̄iſ. Terē. i eunu. Atq3 ita opus eſt an Vergil. dubitatiua ſimul eſt ⁊ interrogatiua Vergi. j. eñ. an phebi ſoror an nympha⁊ ſanguinis v. na. Idē in. iij. eloquar an ſileā. Inter an ⁊ aut Quin. hoc diſtare putat q̄ƺ p̄ aut nō poſſumus itrrogare. p̄ an poſſumus. Aut diſiūctiua ē Iuue. aut dic. aut accipe calidē Ver. ij. eñ. aut terebrare cauas vteri ⁊ tentare latebras. reperit̄ ēt copulatiua pro ⁊. Autē repit̄ copulatiua vt abrahā genuit iſaac. iſaac aūt genuit iacob. iacob aūt genuit iudā. reperit̄ etiā cōpletiua. Cū reperit̄ cauſalis ſimul et adiunctiua. Verg. in buc. Cū faciā vitulā p̄ frugibus ipſe venito. Cū q̄ cauſalis ſiue adiūctiua reperit̄. Ver. multa q̄ ⁊ bello paſſus dū conderet vrbē. Ergo collectiua ſiue illatiua ſiue rōnalis. Luca. ergo pari voto geſſiſti bella iuuēr⁹. repit̄ ēt cōple. Te. mihi ne tibi ergo. Eñ cālis reperit̄ frequēter ſʒ ⁊ ɔpletina. Ver. j. eñ. p̄genit̄ ſʒ eñ troiano a ſanguine duci audierat. Idē in eodē hic tibi fabo⁊ eñ q̄m hec te cura remordet. ſʒ cū eñ cālis ſp̄ poſtponit̄. p̄poſita vero ſemp̄ ponit̄ ɔpletiue ſeq̄nte vero vel nō ſeq̄nte. Terē. i adel. eñ nō ſinā. Idē i and.. eñ vero daue nihil oci eſt ſegnicie. Eq̄dē repit̄ approbatiua. Ver. nō eq̄dē inuideo miro⁊ magis vndiq3 toti. idē. xj. eñ. Eq̄dē meruj. nec dep̄co⁊ inq̄t. pōt ēt poni ɔpletiue. ⁊ ponit̄ copulatiue. vt eneas pi⁹ ⁊ fortis. ponit̄ etiā cālis p̄ q2. Quint. li. j. ha⁊ v̄ba effingere imit[illegible]o conabit̄ puer ⁊ natura tenaciſſimi ſumus eo⁊ q̄ rudib⁹ aīs p̄cepimus repitur ēt ɔpletiua cū p̄ponit̄ ſibip̄ſi. vt eneas ⁊ pi⁹ ⁊ fortis fuit: p̄mū eñ et abūdat: ſʒ ponit̄ ornat⁹ cā. qƺ ⁊ de reliq̄s copulatiuis ⁊ diſiūcti. dici p̄t. Etſi aduerſatiua eſt cui rn̄det tn̄. Ci. in orōne p̄ milōe etſi vereo⁊ iudices ne turpe ſit ⁊ ſequit̄ tn̄ hec noui iudicij noua forma. Etiāſi aduerſatiua eſt queadmodū ⁊ etſi q̄bus eq̄ rn̄det tn̄ igit̄ idcirco collectiue ſiue illatiue ſiue rōnales ſunt. Ci. p̄ ligario habes igit̄ qƺ eſt accuſatori maxie optādū ɔfitētē reū. Idē i eodē: itaq3 q̄ me vertā neſcio ex ſuperi⁹ nāq3 dictis hec inferunt̄ aīs ɔpletiua ſunt imo illatiua q̄ eſt: ſʒ ediuerſo vt Terē. dictū puta imo aliud. Nec dubitatiua ſi interrogatiua ē. Ver. j. eñ. q̄ teneāt nā inculta vider holes. ne fere ne. idē i. xj. iuſticie ne p̄us mirer belli ne labo⁊. Dicimus ēt nōne p̄ an nō. Ver. in buc. Nōne fuit ſatis triſtes amaryllidis iras atq3 ſupba pati faſtidia nōne menalcā. Iūgitur ēt abſciſſa p̄ ɔpoſitionē cū aliis partib⁹ orōnis. Ver. iij. eñ. pyrrhin ɔnubia ſeruas p̄ pyrrhi ne ſeruas ɔnubia. Idē in. x. Olporēs genito⁊ tāto me crimine dignū duxiſti p̄ tāto ne. Inuenit̄ ēt ne approbatiua. qƺ eſt q̄ſi nec dubitatiue nec interroga. ponit̄ vt Ho. ij. ſer. clar⁹ erit fortis iuſtus ſapiēs ne ēt rex. Ideʒ in eodē o ſeri ſtudio⁊ q̄ ne putetis. Repitur q̄ ne cālis ⁊ neu a ne ⁊ ve ɔpoſita. Ver. ij. eñ. ne recipi portis aut duci in menia poſſet neu p̄p̄lm antiq̄ ſub religiōe tueri. Necne q̄ʒ pro an nō: dubitatiue. ſimul ⁊ interrogatiue. ponit̄ Ci. p̄ flacco verū vultis p̄roxi flacco ſiciſſe necne. Nec neq3 copulatiue ſunt p̄ abnegationē: vt ſi dixeris Anto. nō legit: neq3 lectur⁹ eſt: aut nec lectur⁹ eſt. Nā ⁊ neq3 cauſales ſunt Verg. cole nāq3 tibi diuū pater atq3 hoim rex. repiunt̄ etiā ɔpletiue. vt idē in. v. heu q2 nā tāti auxerūt ethera nymbi. Quā repit̄ electiue poſita Terē. in andria. Que inhoneſte hic voluit diuitias pare. q̄q̄ honeſte i p̄ria paup̄ viuere. Quāuis ⁊ q̄q̄ aduerſatiue ſunt q̄b⁹ rn̄det tn̄. qƺ aliq̄n ſubintelligitur vt Ver. ij. eñ. Quāq̄ aīus meminiſſe horret luctuq3 refugit. i cipiā ſubaudi tn̄. q̄ copulatiua eſt ponitur etiā nōnūq̄ ɔpletiue Ver. v. eñ. Dixitq3 ⁊ p̄ria voce diremit. Q2 ſub cōtinuatiua eſt repitur aūt i ſacris lr̄is frequēter p̄ut adiūctiua ſiue cālī. Quidē a priſci. iter ɔpletiuas ponit̄. qƺ multis teſtimoniis ɔfirmat ita q̄ miro⁊ tātā auiditatē fuiſſe Hiero. paulū apo. rep̄hēdēdi. Gracias ei verba ſui⁹ q̄ ſunt ſcripta ad coloſſenſes: nemo vos ſuper i humilitate mētis: illud inq̄t qƺ crebro dixim⁹ ⁊ ſi imperitus ſermone: nō tn̄ ſciā nequaq̄. paulū de hūilitate ſʒ de ɔſcie p̄uitate dixiſſe etiā nūc approbam⁹. Et qƺ apl's in eadē ep̄la ſubdit: q̄ ſunt rōne q̄dē hn̄tia ſapiētie hoc ait loco q̄dē ɔiūctio ſupflua eſt: qƺ i pleriſq3 locis p̄pter ip̄eritiā artis grāmatice ap̄lm fc̄iſſe repim⁹. Neq3 eñ ſeq̄tur ſed vel alia ɔiūctio q̄ ſolet vbi q̄dē poſitū fuerat rn̄dere nā q̄dē plerūq3 aduerſatiua repit̄ hec Hiero. Quin teſte Priſc. ponit̄ collectiue ſiue illatiue Ver. x. eñ. Quin occidit vna ſarpedon mea p̄genies. ponit̄ etiā p̄ cur mō p̄nti indicatiui iūcta. ⁊ ſemp̄ iterrogatiue vt p̄ſi. quin damus id ſuperis de magna qƺ dare lance Vergi. in bucco. Quin aliq̄d ſaltem viminibus molliq3 paras detexere iunco vterq3 p̄o cur nō ponitur: ⁊ p̄ qƺ nō cū ſubiūctiuo. Idē in. iij. eñ. Nec tibi ne qua mori fuerint diſpēdia tāti quin adeas vatē. Si adiūctiua eſt cū vero ſubiūctiuo adiūcta. vt ſi leges eris doctus. Etiā eſt cauſalis ſiue cōtinuatiua. vt ſi ſtertit dormit. ſi ambulat mouetur. Et quoq3 approbatiua cum indicatiuo iūcta Verg. j. eneid. Si q̄d vſq̄ iuſticie eſt: ⁊ mens ſibi conſcia recti. Idē in. ij. dij ſi qua eſt celo pietas: que talia curet. Repitur etiam abnegatiua Verg. xj. eñ. Tu nunc ſtares immanis truncus in armis: eſſet par etas: ⁊ ideʒ ſi robur ab annis. Eſt aūt cōiunctio abnegatiua q̄ verbis ɔiuncta poſſe fieri rem oſidit. ſed p̄pter cām aliquā ne fiat impediri. vt fēciſſem ſi potuiſſem. Saltē aduerſatiua eſt Ver. iiij. eñ. Saltem ſi quā mihi de te ſuſcepta

Vergil. An: Autem. Lucanus. Vergilius Equidem. Quint. Etſi Nec Nonne An non Horatius Quāuis ⁊ q̄q̄.

fuiſſet. Sʒ ⁊ ſedenim copulatiue ſunt ex aduerſo Uer.j.eñ. ꝓgeniē ſedenis troiano a ſanguine duci. ſeu ⁊ ſiue diſiunctiue ſunt Uer.viij.eñ. Siue errore vie ſeu tēpeſtatib⁹ acti. Repiunt̃ etiā ſubdiſiūctiue: vt ſi dixeris. Alex. ſiue paris. atrides ſeu agamenō. Tñ aduerſatiua eſt rñdeō illis ⁊ ſi tñ ⁊ ſi ꝗuis ꝗꝗ. Ci. ꝓ milone. Et ſi vereor iudices. deinde ſequit̃. tñ hec noui iudicii noua forma ⁊c. Repit̃ etiā ꝯpletiua cū ſupiori aduerſatiue rñ rñdet vt apud Papi.xj. thebai. me miſerā vinces. tñ hec p̄ri⁹ arma neceſſe eſt expiare domi. Tamētñ aduerſatiua eſt quēadmodū ei⁹ ſimplex etiā. Tñ copulatiua eſt iūgit̃ꝗ res pares cū ſuccedit alteri tñ cū ꝓ ſuccedit diſiunctiō cū iungit aliq̄d qd̄ mai⁹ eſt: vt Lau. diligētiſſime collegit. Ue ⁊ vel diſiūctiue ſunt repit̃ etiā vel ſubdiſiūctiua ſimul vt Terē. in eu. vel rex ſemp maximas mihi grãs agere ꝓ etiā poſuit. Repit̃ ⁊ ſubiunctiua diſcrete ſi dixeris to to die vel dormit vel legit.

Teren.

Uero copulatiua ſiue diſtributiua eſt quia diſtribuit diuerſas res diuerſis ꝑſonis: vt eneas fuit pius. vlyxes vero callidus reperit̃ etiā ꝯpletiua. Ut cauſalis eſt vt ſi dixeris venio vt legā. exerceo te vt ſis ſanus. Repit̃ ⁊ adiunctiua. vt Terē. ſi eſt inq̄t patrue vt antipho culpā in ſe admiſerit.

C Cbri. Dubitatiua q̄ dubitationē. Qd̄ ſi ꝑceſſerit numq̄d aut forſan aut aliq̄d ſimile recte ꝑ diſiunctiuā ſiue īterroges ſiue dubites Pli. Ad voconiū li.j. numq̄d ego craſſo aut camerino moleſtus ſum.

De ptibus orõnis q̄ alie pro alijs ⁊ ſe inuicē po nuntur.

C Anto. De ptib⁹ orõnis q̄ alie ꝑ alijs ⁊ pro ſeinuicē ponunt̃. Ca.xiij. Solet turbare hoc pleroſꝗ grāmatice artis ignaros: ꝙ eandem particulā ſub diuerſis partibus orationis re periuntur. Itaꝗ cū ſingulatim de octo partibus orationis diſputatum ſit hoc in loco īducit caput in quo oſtendit quemadmoduʒ particule quedā orõnis ponūtur pro alijs ꝙ in prima poſitiōe fuerāt: atꝗ rurſus quedaʒ ponūtur ꝑ ſeipſis inuicē vt nomē ꝑ nomine pronomē ꝑ ꝓnoīe ⁊c. Nomē igit̃ ꝑ ꝑticipio poſitū reperit̃ vt apd̄ Uerg.ij.eñ. Sibila lābe bāt linguis vibrātib⁹ ora vbi Seru⁹ dicit ſibila ꝑ ſibilātia. nā ꝑticipiū eſt. Idē.j.geor. Coruſca fulmina molit̃ dextra qd̄ eodē mō pro

Nomē ꝑ aduerbio Uergil.

coruſcantia exponit. C Nomē ꝑ aduerbio vt recēs ꝑ recēter. Uerg.iij.geor. Sole recēs orto: aut noctē ducētib⁹ aſtris. Salu. Coria recēs detracta veluti glutino adherebāt. Gel.li.xj. Recēs natio notū ⁊ familiarē victū offert. Uer.ij.geor. Flos appma tenax ꝑ ap prime. ⁊ in eodē dēſa fere ꝑ dēſe ⁊ in.iij. aſꝑ acerba ſonās ꝑ acerbe.

Nomē ꝑ īteriectiōe. Uergil.

C Nomē ꝑ īteriectiōe. Uer.j.eñ. Nauibus infandū amiſſis vni⁹ ob irā: neꝗ eñ aduerbiū tñ eſt hoc infandū ꝑ īfandeꝗ; qꝛ cū affectu mētis ꝓfert̃ incōdita voce: interiectio eſt: hoc eñ tñ interiectio aduerbio diſtat quēadmodū ſuis locis diximus.

C Anto. Nomē ꝑ cōiūctiōe: vt quare quẽ ex quis ⁊ res cōponit̃: quãobrē quãpropter: ex noīe ⁊ prepoſitione. C Pronomē ꝑ nomīe proprio: ſemꝑ eñ ꝓnomē ſic ponit̃ vt ex illi⁹ diffinitione manifeſtū eſt: ſed ſuus ſua ſuuʒ pleruꝗ ꝑ proprius propria proprium reperitur. vt ſuum eſt hominis redire. i. proprium C Pronomē ꝑ aduerbio. Uerg.viij.eñ. Hoc tunc ignipotens celo deſcendit ab alto vbi Seru. inquit hoc pro huc poſuit ſcd̄m antiquū morē. Nam antea hoc aduerbium loci fuit: nunc aboleuit: ſicut illo ꝑ illuc. C Pronomen pro coniunctione: vt ideo: que ab id et eo componitur. Propterea que ex ꝓpter ⁊ ea. quãpropter. q̄ ex qua ⁊ propter. C Uerbum pro nomine. Terētius in eunu. Extrema linea amare nonnihil eſt pro amoris. Perſius. Noſtrum illud viuere triſte pro vita triſtis.

Uerbuʒ ꝑ aduerbio. Uergilius

C Uerbū pro aduerbio. Martia. dic inquit rogo Marce. dic amabo. nam ad uerbium blandientis eſt quemadmodum ⁊ ſodes. quo frequenter vtuntur poete comici. C Uerbum pro interiectione vt age pro eia. Uergi.iiij. enei. vtrunꝗ coniunxit dicēs eia age rumpe moras. Idē in.j. quare agite o iuuenes. C Uerbum pro cōiunctione. Luca.iii.vā. Omnia maioꝝ vertamus buſta licebit pro quãuis.

Martia.

Martia. Lacior hexaphoro tua ſit lectica licebit. Ouid.j.meta. Placet ſibi quiſꝗ licebit. Hora.j.ſer. Licebit ille repoita natales alio ve dictum de licet ꝑ ꝗuis vbi ʒ ſe offerūt exēpla. C Participiuʒ ꝑ noīe: de hoc abunde ſumus dicturi li.in ſequenti cū diſputauim⁹ q̄t modis ꝑticipium

C De ptibus orationis q̄ alie pro alijs ⁊ pro ſeinuicem ponuntur. Cap.xiij.

C Epitome.

Que orõnis ptes ꝑ alijs nõnūꝗ ponant̃. ⁊ q̄ pro ſeinuicem mutatis tñ ex ſeipſis aut poteſtate an tpe alio ve id genus.

QUe ptes orationis alie pro alijs ponuntur
Omnes fere quemadmodum.
Nomē ꝑ participio vt ſibilus pro ſibilans
Noīe pro aduerbio vt recens ꝑ recent er
Nomen pro interiectione. vt infandum voce incōdita.

Nomen pro cōiunctione. vt quare quamobrem
Pronomen pro noīe proprio. vt ego pro Antonius
Pronomē pro aduerbio vt hoc pro huc.
Pronomē pro cōiunctione. vt ideo ꝑ propterea
Uerbū pro noīe. vt amare pro amor. viuere ꝑ vita.
Uerbū pro aduerbio. vt amabo ſodes
Uerbum pro interiectione. vt age agite.
Uerbum pro coniunctione. vt licet licebit.
Participium pro noīe. vt ſapiens diligens
Participiū pro aduerbio. vt horrēdū pro horrende
Prepoſitio pro aduerbio. vt coram palam
Prepoſitio pro interiectione. vt pro a.
Prepoſitio pro coniunctione vt propterea ꝗpropter.
Aduerbiū pro noīe. vt ſatis eſt abunde eſt
Aduerbiū pro coniunctione vt aliquando pro quoniā
Cōiunctio pro aduerbio vt cū pro quando
Coniunctio pro interiectione. vt vt.
Que partes orõnis ponuntur inuicē pro ſeipſis
Oēs fere. nomen pro noīe vt dardanus pro dardanius
Uerbum pro verbo. vt populo pro populor
Participiū pro participio. vt ꝓfuſus ꝑ ꝓfundens
Prepoſitio pro ꝓpoſitione. vt in pro contra
Aduerbiū pro aduerbio vt hic loci pro tunc tempus.
Coniunctio pro coniunctione. vt vel pro et.

tranſit in vim noīs. C Participiū pro aduerbio. Uer.vj.eñ. Ac belua lerne horrendū ſtridēs. ꝑ horrēde. Prepoſitio ꝑ aduerbio. Uer.j.eñ. Poſtꝗ introgreſſi: ⁊ corā data copia fandi. Iuue. ſicut iſta palā imo quēadmo

dum ſepe diximꝰ. quotiēs ꝓpoſitio nō iūgit caſibus aduerbiū eſt. ¶ Prepoſitio ꝓ interiectiōe: vt ꝓ cū dicit ſe citur ꝗ vt ait Priſc. interiectiōis loco ponit Salu. in catilina. proh deū atq̄ hoīm fidē. Verg. iiij. eñ. proh iupiter ibi hic ait. Idē in buc. ah ſilice in nuda cōnixa reliqt vbi Seruius inqt ad hoc ptinet ꝓmiſſa dolētis inter iectio. ſunt ꝗ aſpirationē in fine addūt dicētes ah. ¶ Prepoſitio ꝓ cōiunctiōe: vt ꝓpterea: quapropter. Aduerbiū ꝓ nōie vt Marti. luſiſtis ſatis eſt: ſi dixeris ſatis eſt mihi diuitiarū. Verg. vij. eñ. terror ꝛ fraudis abūde eſt. Vergilius

¶ Aduerbiū pro cōiunctiōe. Idē. j. eñ. hic tibi fabor: eñ q̄n hęc te cura remordet. ¶ Cōiunctio ꝓ aduerbio. vt cū pro q̄n. Imo frequēter aduerbiū ꝛ cōiunctio ſibi cedūt: ita vt nō facile q̄buſdā in locis diſcernere poſſis cōiūctio an aduerbiū ſit aliā particula orōnis. ¶ Cōiunctio ꝓ interiectiōe Hora. ij. ſer. Ut pereat poſitū rubigine telū niſi cū interiectiōe ꝓferas: vt frigidiuſcule dixeris qđ alias erit cōcitatiſſimū. Que ptes orōnis. Nomen Horatius ponit pro nōie. vt dardanus ꝓ dardaniꝰ. hoc eſt primitiuū ꝓ deriuatiuo. Ver. iiij. eñ. Hauriat hūc oculis ignē crudelis ab alto dardanus. i. eneas dardanus. ꝛ eodē modo ꝓ reliqua nōis accidētia. ¶ Verbū pro verbo. vt pplo pro populor. Verg. iiij. eñ. Ac velut ingentē formice farris aceruū cū populāt. Propertiꝰ libr. iij. Hic olim Vergilius ignaros luctus populauit achiuos ꝓ eo qđ eſt populant ꝛ populati ſunt. nā pplo ī ſermonis latini vſu frequēti nō eſt: ſed populor multa q̄ꝫ alia verba hmōi reperiunt ꝗ Noniꝰ ex antiquorū vſu diligētiſſime collegit. ¶ Participiū ꝓ pncipio. vt Saluſtius alieni appetēs ſui ꝓfuſus: ꝓ profundēs: nā participiū eſt loco nōis poſitum. ¶ Prepoſitio ꝓ ꝑpōne vt Ver. x. eñ. ibat in curialū: pro cōtra. idē. j. ge. Sub ipſm arcturū tenui ſat erit ſuſpendere ſulco qđ Seruius exponit ꝓ circa. ¶ Aduerbiū ꝓ aduerbio. Ver. j. eñ. Hic illiꝰ arma. hic currꝰ fuit ꝓ illic ꝛ hic aduerbiū loci ꝓ aduerbio tpis. Idē in eodē cōſtituit hic. arcūq̄ manu celereſq̄ ſagittas. hic poſuit ꝓ tūc ꝛ notandū aduerbia loci plerūq̄ poni ꝓ aduerbijs tpis: ſed nō ecōtra aduerbia tpis pro aduerbijs loci. Aduerbiū pro aduerbio.

¶ Cōiunctio ꝓ cōiunctiōe vt Teren. in phormione: ne ſimili vtamur fortuna atq̄ vſu ſummꝰ atq̄ poſuit ꝓ q̄ ¶ Cbri. Uerbum pro aduerbio. Cicero ad atticū pnomen aduerbio vel potius interiectioni adicit. amabo te ait ꝑſcribe mihi totum negocium.

¶ De ſyntaxi et orationis conſtructione Cap. xiiij.

¶ Epitome.

☞ Que ſit ſyntaxis quā nos conſtructionē dicimus poteſtas ꝛ valor ꝛ ꝗ cuiq̄ iungatur orationis parti pars alia ꝛ ꝗ ſint illius tandem figure peculiares.

Quid eſt ſyntaxis. Scientia qua bona conſtructio a mala dignoſcitur.

Unde dicit ſyntaxis. A ſyn qđ eſt cō ꝛ tato ordino: a quo eſt taxis q̄ſi coordinatio

Quid eſt conſtructio. Congrua dictionum ordinatio congruam perfectāq̄ ſententiam demonſtrans.

Quid eſt oratio: vt ſcaurus diffinit. ore miſſa ꝛ per dictiones ordinata pronunciatio.

Quotuplex eſt oratio quadruplex. perfecta que perfectum ſenſum in aīo auditoris generat: vt ego amo deū. Imperfecta que imperfectum ſenſum in animo auditoris generat: vt ſi deum amaueris. Finita in qua verbum finitum ponitur: vt ego amo. Infinita in qua verbum infinitum ponitur: vt me amare.

Quid eſt figura conſtructionis. Eſt aliqua ratione nouatus dicendi modus: qui circa grammaticas conſtructiones verſatur.

Euocatio eſt reductio tertie perſone ad primā vel ſecundam: vt ego Antonius lego. tu Iohānes audis

Et requiruntur quattuor in euocatione: perſona euocans perſona euocata. remotio copule et verbum cō ueniens cum perſona euocante.

Appoſitio ē imediata duorū ſubſtātiuorū cōiūctio. quorum alterum exponit alterū: vt miratur molē eneas magalia quodam requiruntur duo in appoſitione. Dictio apponens: ꝛ dictio appoſita.

Prolepſis eſt attributio proprietatis toti in ſuas partes diuiſio: vt interea reges ingenti mole latinus ꝛc. et requiruntur quinq̄ in prolepſi: hoc eſt totum: partes: diſtributio partium: proprietas: et ordo.

¶ Anto. De ſyntaxi. Ca. iiij. Cum tres libri ſuperiores circa ſingulas orationis partes: verſati ſint. liber ſequens cum breui comētario huius lib. iiij. totus eſt de conſtructione: ꝗ grece ſyntaxis dicitur. Ita ꝙ primo dicit qđ ſit ſyntaxis: ꝛ vnde dicitur. qđ cōſtructio qđ oratio. Deinde orationē diuidit ī quattuor formas hoc eſt perfectam: imperfectā: finitam: infinitam. ꝗ oīa plana ſunt: ad difficiliora ꝓperemus. ¶ Quid eſt figura cōſtructionis. quem admodū inqt Seru. in. v. eñ. inter barbariſmum ꝛ lexim: hoc eſt latinā elocutionē ꝛ ꝑfectā metaplaſmus eſt ꝗ vno ſermone fit rōne vitioſus. Itē inter ſolocaſmū ꝛ ſchema. i. ꝑfectā ſermonū cōnexionē figura eſt ꝗ fit cōtextu ſermonū rōne vitioſa. Ergo metaplaſmꝰ inter ꝛ figura media ſunt: ꝛ diſcernunt peritia ꝛ īperitia. Sꝫ de barbariſmo: ſolocaſmo: de lexi ſchematis atq̄ metaplaſmo ſuo loco dicet nūc de figura: quā a ſeruio accipit figura hoc eſt cōſtructiōis agendū eſt. Dicit igit figuram cōſtructiōis eſſe modū dicēdi nouatū: hoc eſt a naturali ꝛ cōſueto ſermōe mutuatū ac ꝓpe de vitioſum: niſi aliqua rōne excuſet q̄n quidem modus verſatur circa grammaticas cōſtructiōes hoc eſt in cōtextu partiū oratiōis Definitio ſyntaxis

¶ Quotuplex eſt figura conſtructiōis multo plures ſunt figure conſtructiōis ꝙ octo ſꝫ reliquis in alium locum relictis: de his que frequentiꝰ in vſu reperiuntur differit. quas enumerat. ¶ Euocatio: que grece ecleſis vocat. fit quotiens nomē tertie perſone reducitur ad primam vel ad ſecundam. Improprietas autem in hoc eſt: ꝙ cum dico ego Anto. lego antonius qđ alias eſt nomen tertie perſone ſic cedit pnomini prime perſone: ꝗ verbuꝫ huic non illi redditur. Excuſatur autem hic improprietas: quoniam verbuꝫ ſemp digniori reſpondere debet. Prima namq̄ perſona ordine nature dignior eſt ſcđa ꝛ ſcđa tertia. Figura cō ſtructiōis q̄druplex. Euocatio

¶ Appoſitio ꝗ pthesis grece dicitur: eſt immediata duorū ſubſtantiuorum cōiunctio: et ponit exemplum ex primo eñ. Miratur molem eneas magalia quondā. Improprietas autem in hoc eſt ꝙ duo ſubſtantiua ſine coniunctione eſſe non poſſunt in oratione ſꝫ excuſatur vitium. qđ dictio appoſita ſic iungit opponenti. quaſi adiectiuum qđ aliquid in Appoſitio

ſubſtantiuo determinat ⁊ exponit. Prolepſis q̄ latine interpretatur preſumptio eſt vt a donato atq̄ Diome
Prolepſis de diffinitur: preſumptio rerũ ordine ſecutarũ vt vtrūq̄ ponit exemplũ ex Verg. in. xii. eñ. Interea reges ingē
ti mole latinus Quadriiugo vehitur curru. ⁊ ſequit̄ Bigis it turnus in albis. Hinc pater eneas romane ſtir-
pis origo. ⁊ iuxta Aſcanius magne ſpes altera rome procedunt caſtris. Sed quēadmodũ Priſc. li. xvii. qui eſt de
cõſtructiõe dicit. ſi in cõſtructione diuiduoꝝ p̄ prolepſim ſ̄ponitur verbũ plurale ad vtrūq̄ ſequēs licet nomina
tiuum anteferre: vt aquile euolauerunt: hoc ab oriente: illa ab occidente. Sin ad ea q̄ diuiduntur verba ſingu
lariter cõſequantur grō oportebit ſ̄poni plurale diuidendo vt aquilarũ altera volauit ab oriēte: altera ab oc
cidente. Excuſatur aũt. q2 verbũ ſiue ſ̄poſitũ ſiue cõſequēs iure exigit ſibi nõiatiuũ. Eſt ⁊ prolepſis implicita
quale eſt illud apl̄i. Alter alteri⁹ onera portare. intelligit̄ cũ q̄ alter portat onus alteri⁹. ⁊ alter alteri⁹. Siĉ
eſt illud Ver. ii. eñ. Alterũ in alterius mactatos ſanguine cernā. hoc eſt anchiſen in aſcaniũ. ⁊ aſcaniũ in anchi
ſen: ⁊ creuſam in aſcaniũ ⁊ aſcaniũ in creuſe ⁊ cetera. Eſt ⁊ aliud prolepſis gen⁹: cũ id quod poſteri⁹ accidit an
pferamus. Neq̄ enim minus deridendi ſumus

Nulla latina dictio p ch. ſcribiť.

Inuehiť hiſpanos

Mihi q̄r aliq̄ p ch. ſcribant.

Palamedes grecꝰ naupli filius triū grecarum lr̄aruꝫ ch. ph. ꝛ th. inuentor.

cuȝ latina male ꝓnunciam⁹: ꝙ ruſtici hiſpane lo
quẽtes cũ hranca rabra.fho.fiȝo.ꝛ filia dicũt. At q
nõ modo venia digni ſunt ꝗ pro h.f. p.l.r. pro i.
conſonãte vocalẽ proferũt:verũetiã pro antiq̃ta
tis maieſtate cõmendãdi: cũ tñ noſtri ſint penit⁹
inexcuſabiles ꝙ eodem ſono duas litteras enun
ciãt quarũ eſt tanta differẽtia: quantũ inter vitã
diſtat ꝛ mortẽ. Thitã namq̧ in declarãdis iudiciũȝ
ſententũs nota erat cõdemnatõis ad mortẽ dicẽ
te. A. perſio in .iiij. ſaty. Et potis eſt vitio nigrũ p̄
figere thita ꝛ Martialis lib.iiij. epigrãmatõ. No
ſti mortiferuȝ hrorioſcalitrice ſignũ. Eſt operepreciũ
dicere thita nouũ. Tau vero ſignũ erat abſolutio
nis ad vitã. Ennius teſtimonio eſt. Exechiel pro
pheta capite viſionũ ſuaꝝ nono. Tranſi ꝑ mediã
ciuitatẽ in medio Hieruſalẽ ꝛ ſigna Tau ſup frõ
tes viroꝝ gementiũ ꝛ dolentium ſup cunctis abo
minationibus ꝗ fiunt in medio eius. Qð vero di
citur a grãmaticis neſcio quẽ. Remigiuȝ ꝑcepiſſe:
quodq̧ video a plerisq̧ hoſbus grãmaticis obſer
uari quotiẽs poſt.t.nõ aſpiratã ſequitur i.ꝛ poſt
i.alia vocalis quamq̄ ſcribat t. debere ꝓferi c.oĩ
penitus rõne caret. Qn potius illud ſuſpicor maio
res noſtros quemadmodũ ſcribebãt. ſic ꝛ pronũ
ciare ſolitos. Neq̧ enĩ veriſimile eſt ſi hoc ab illis
fuit obſeruatum. qð de tanta re oẽs ꝗ vnq̄ de or
tographia ſcripſere ſiluiſſent. Cum ꝑſertim au
ctor ſit Quintilianus ita ꝓnũciãdum eſſe quẽad
modum ſcribimus exceptis paucis: quarũ aucto
res meminerunt. Sed qꝛ video fere oẽs vno con
ſenſu in hanc pronunciationem conſpiraſſe. ne ſi
mul cunctis indicere bellũ videar: licet mihi pau
lulum diſſimulare. Illud vero nullo modo patie
mur ꝙ dictiones peregrinas nõnulli corrũpunt
c.pro t.proferentes quales ſunt necromãtia geo
mantia. nam etiam ꝛ tiara eo mõ quo greci enũ
ciamus. Inter p.aſpiratũ atq̧ ſubtile fateor me
ignorare. an ſit illa vocis differentia quaȝ noſtro
tempore obſeruamus qñ aſpiratio addita p.lit
tere multomagis illam a ſono ſuo diſtare facit ꝙ
c.aut t.videturq̧ aliquid plus ꝙ aſpirationẽ ad
dere. ꝛ in quibuſdã dictionib⁹ indifferenter vtra
q̧ vtimur vt palarica phalarica olympo olym
pho. Illud vero adhuc multo difficilius cognitu
quid inter.ph.grecũ ꝛ f.latinum diſtet. Nec enĩ
aliter noſtro tpe phagus. ſphera. philtrum. ꝙ fa
mes. femur filius. pronunciãt quinimmo dictio
nes quaſdam modo per ph. cũ grecis modo ꝑ f.
cum latinis ſcribimus: ut phama phyſtula. phuc⁹
fama. fiſtula fucus. Quintilianus tñ queȝ ego au
ctorem cunctis prefero nimiũ inter vtrãq̧ diſta
re putat. Nam que ſucceſſerunt in grecarum locũ
quibuſq̧ greci carent triſtes. ꝛ horridas appellat
ꝛ de f. libro duodecimo inq̃t que ſexta eſt noſtraꝝ
pene non humana voce vel omnino non voce po
tius inter diſcrimina dentium efflanda eſt: ꝗ etiã
cum vocalem proximam excipit: quaſſa quodam
modo. quotiens aliquam conſonantem frangit
multo fit horridior. Ego cum a mauro quedaȝ ꝗ
inter ſuos punice lingue peritiſſimus habebatur
queſiſſem cur p. aſpirato ſemper exili nunq̄ vte
retur. reſpõdit hoc ab illis fieri propter vocis ſua
uitatem ꝛ lingue ſue ornamentum. Cumq̧ rur
ſuȝ ex Quintiliani verbis que de f. littera diximꝰ.
inſtarem ſolum illum eſſe triſtem ꝛ inſformidum
hocq̧ ab eo reſponſum accepi rurſus ſuos non preſ
ſis ad inferiora labra dentibus ſed laxis atq̧ ſo
lutis ſuum phe. pronunciare. Ex quo fit vt ſuſpi
cer p. aſpiratum non preſſis dentibus ad inferi⁹
labrum: ſed potius deductis eſſe proferenduȝ. ne
mo eſt fere qui neſciat i. latinũ modo vocaliſmo
do conſonantis loco poni. atq̧ tunc eſſe vocalem
cum a reliquis vocalibus pura ſonat: tunc conſo
nantem cum vocalem aliquam ferit. Illud vero
pauci ex noſtris intelligunt quo ſono proferẽda
eſt. cum pro conſonante accipitur. neq̧ eniȝ eo mo
do ianua ieiunium. iocus ꝓferri debet quo hiſpa
ni proferunt: ſed quẽadmodũ italorũ doctiſſimi
pariter ꝛ indocti. Sed quia greci hebrei ꝛ arabes
i. conſonantem non habent atq̧ illius ſonuȝ pe
nitus ignorant. non poſſumus illoꝝ teſtimonio
qð volumus efficere: tñ iuuare nos poteſt eoꝝ
qui latini ſermonis doctiſſimi habẽt auctoritas
Eſt auteȝ aliqua ratio que nobis ſuadere poteſt.
quo ſono proferenda ſit quotiẽs in fine dictiõis
ponitur hec littera: etiam imperiti intelligũt nõ
habere ſonum. quem in principio vel medio pro
ferunt. vt in his dictiõibus cui ei hei: huic in qui
bus i. finalis non vocalis ſed conſonãs eſt. quem
ſonum habeat omnes intelligũt. Nã ꝙ particule
ille vnius tñ ſyllabe ſint facile carminib⁹ demõ
ſtratur Ver.j.eñ. Cui pater intactã dederat. pri
miſq̧ iugarat oſbus. ꝛ pauloante. Huic coniunx
ſicheus erat ditiſſimus agri pheniciũ. ꝛ lib. ſcdo
Hei mihi qualis erat quantũ mutat⁹ ab illo He
ctore. repiunt tñ poete aliqñ per dierefim diſſyl
laba eprotuliſſe ꝛ albinus. Sponte deum patue
re cui freta nulla repoſtos. ꝛ Iuue. iuuenes hortã
tur vt illam ire viam pergant ꝛ idem incumbe
re ſecte. Niſi forte voluerit quiſpiam cum Franci
ſco nolano ſermonis latini viro eruditiſſimo ſen
tire. qui mecum contendebat dictiones illas di
pthõgo proferri: qð eſt nouuȝ atq̧ inter latinos
inuſitatũ. vt e ꝛ i vel u ꝛ i in dipthongon coeant.
Priſcianus ꝗ lib. de octo partibus orationis ſe
prima auctoritate Horatij libro epiſtolaꝝ pꝛio cõ
firmat i finalẽ conſonantẽ eſſe poſſe. Hui⁹ ait vul
tei nimia attentuſq̧ videris. Qð vero vultei diſ
ſyllabũ ſit: ſatis ex rõne carminis apparet. qꝛ i cõ
ſonans. Priſcianus teſtatur qualẽ vero ſonũ ha
beat nulla mihi etiã cum latine ligue hoſtib⁹ con
tentio eſt. Ex quo efficitur. qð erat ꝓpoſitũ i con
ſonantẽ non eum ſonum habere quo hiſpani ꝓ
ferunt: ſed quo itali omnes atq̧ aliarum natio
num doctiſſimi. Iam vero ſi dictiões peregrinas
in latinum ſermonẽ vertimus raro i iota in con
ſonantẽ. plerũq̧ in vocalẽ traducitur. cum noſtri
hoies fere quotiẽs in principio dictionis ſequẽte
vocali ponit nõ mõ vt cõſonantẽ ſȝ vti ſuã conſonã
teȝ ꝓferãt. qualia ſunt iaſpis. iãbus. iaſon. Ieſus
Iacob⁹. vbi i vocalẽ eſſe vel mediocriter docti in
telligũt qð etiam carminibus facile demonſtra
ri poteſt. Iuuena. Preclaris illic laudatur iaſpis
Horatius. Archilocũ proprio rabies armauit iam
bo. Iuuenalis. Menſe quidẽ brume cum iã mer
cator. Iaſon. Qð ſi eſt qui dicat carmẽ heroicum
poſſe recipere ſpondeũ in quinto loco ꝓferemus
genus carminis in quo neceſſario i. debeat eſſe vo
calis. Martia. Et precium magnis fecis iaſpidi
bus qui eſt verſus pentameter elegiacus. Teren
tianus quoq̧ de metro iambico. Et rarus iterat
ex iambis hominibus vbi iambis trium ſyllaba
rum eſt. Cõterraneus preterea noſter Iuuenc⁹
qui quattuor euangelia exametris verſibus com
poſuit. Ieſum ſemper triſyllabum poſuit verſifi
cator ille quidẽ: ſed quẽ diuus Hieronymus adeo
probauit: vt in libro virorum illuſtriũ dicat illius
carmina cum carminibus antiquoꝝ poſſe com

Thita lr̃a greca i de clarãdis iudiciũ ſen tentiis.

Nota erat cõdẽnatio nis ad mortem.

Cõfundit comes ob ſeruantiã in ꝓferen da t lr̃a in ter duas vocales.

Queſitio dif ferẽtia in ter f. lati nũ ꝛ ph. grecum.

Qntilia.

P. aſpira tũ qualiter ꝓferri de beat.

Greci he brei ꝛ ara bes cõſo nãtẽ non habent.

Verg.

Albinus.

I littera in fine di ctiõis cõſo na põt eẽ

Iuuenc⁹ hiſpan⁹ quattuor euãgelia exametriſ verſibus cõpoſuit ꝛ de eo diui hier. ſmis

parari. Quod vt neceſſario fuerit.plerıq̃ librarij
aſpirationẽ inter i.⁊ e.poſuerũt ſcꝫ in vnã ſyllabã
vtraq̃ vocalis coaleſceret:ſed p aſpirationẽ altera ab altera diſiungeret. Aliquãdo tñ vt ego ſuſpicor
i.vocalis p errorẽ in cõſonantẽ verſa eſt.idq̃ raro
vt in his dictionib' troia.maia.aiax.pro q̃bus latini dicũt troia.maia.aiax. ⁊ q̃ illi dicũt diſiũctis
vocalibus iudea latini auctores i. ad u.colliſa iudea pferunt. Lucanus li.ij.pharſalie. Incerti iudea deo dei. ⁊ Iuuenalis in ſexta ſaty. Archanã iudea
tremens mendicat ad aurẽ. Illi iã penitus intolerabiles q̃ dictiones hñtes i.aſpiratũ quod teſte
Priſciano nullo modo põt eſſe cõſonãs more ſuo
atq̃ voce incognita neq̃ vnq̃ latinis audita proferre cõtendũt.quales ſunt iacinthus hieroſolymie. Hieronymus q̃ multo ſunt ridiculi magis q̃
ruſtici quorũ error pbabilis eſt cũ ad imitatione
latinoꝝ paia maia.paraia. ⁊ ſimilia pferũt. Qđ

J lr̃a apd hiſpanos quẽ ſonũ habeat.

vero duplex ſit poteſtas u .lr̃e atq̃ modo vocales
modo cõſonantem eſſe:nemo prope eſt q̃ id non
intelligat. Eſt tñ adhuc illius tertia q̃dam vis:
quotiens poſt q.lr̃am alia ſubeũte vocali ſequit̃.
Id q̃ oẽs antiqui ſimul ⁊ iuniores fatent̃. Quem
tñ habeat ſonum magna inter nationes diuerſitas eſt. Ego tñ ab hiſpanis diſſentio q̃ litteram
hanc oĩno ſurdã eſſe putãt.quantũ ab italis q̃ ſic
illam pferũt perinde ac ſi vocalis eſſet. Nã ſi nullam poteſtatẽ ⁊ vim habet vt pferri debeat neq̃
ſcribẽda eſt aut ſi vocalis eſt ſonũ pfecto p ſcihas
conſtituet qđ vtrũq̃ falſum eſſe Quintilianus demonſtrat qui q adiũcta ſcđm u.paululũ a noſtris
eliquari dixit. Nõ igit̃ dicendũ eſt cũ italis aqua
quãq̃ lingua ſuadeo ita vt u quaſi vocalis pferat̃
neq̃ rurſus cũ hiſpanis.aqua. quãq̃ lingua ſuadeo u penitus exploſa: ſed qđ ratio q̃dam exigit
aqua quãq̃ lingua ſuadeo u non ſurda neq̃ vocali.ſed quodã medio ſono eliquata. Circa vocales
quoq̃ aſpiratas non nihil a noſtris errãt.q̃ illas
nõ aliter q̃ exiles pnunciãt. neq̃ differt apud illos qđ ad ſonum attinet inter ominis q̃ eſt genitiuus ab omen ⁊ hoĩs qui eſt ab eo qđ eſt homo.
atq̃ iter abeo qđ eſt diſcedo ⁊ habeo qđ eſt teneo
Illi adhuc ridiculi magis.q̃ aſpirationẽ quaſi cõſonantẽ q̃ vocalem ferit quemadmodum hebrei
pronunciant. Que cã fuit grecis vt aſpirationem
vocalibus impẽdere fecerint.ne extra illas ſonũ
aliquẽ habere viderentur cum tñ latini illam in
litterarum ſerie poſuerint. X littera vt ſnq̃t. Fabius quem ego vehementer auctorem ſequor. tã
carere potuiſſemus q̃ ſi non a grecis eſſem' mutuati. Ea ſucceſſit i ſcripture noſtre compendiũ
loco cs ⁊ gs. Itaq̃ qđ nunc per x pax apex lex remex.ſcribimus antiqui per cs.pacs apecs.per gs
legs remegs ſcribebant. Sed cum hoc inter omnes conſtet.⁊ quem ſonum x in fine ſaltẽ habeat
manifeſtum ſit.illud valde miror vnde hec ſartago loquendi vt ait Perſius in hiſpanoꝝ linguas
venerit vt xantippe xenophon dixi: taxi:⁊ ſimilia voce quadã hebreis grecis ⁊ latinis incognita
⁊ agreſti proferant.⁊ quam vt diui Hier.verbis
vtar vnius enim lingue punice ſtridor ſuaꝫ agnoſcat neq̃ ego ſuſpicor aliunde hiſpanos hanc vocem ſermoni Romano miſcuiſſe quã a penis iaꝫ
inde ab eo tempore quo pulſis fuſis fugatiſq̃ gothorum principibus hiſpanie poſſeſſionem inuaſerunt. Illi namq̃ litteram habent propriã xim
appellant.qua ſonus ille ſatis exprimitur in cui'
locum hiſpani x ſuppoſuerunt quotiens ſonum
quem ab illis acceperant.ſcribere volebant vt in

V lr̃a aliter ſit pferẽda ł illi' plarione itali ⁊ hiſpani errant.

X lr̃a quare locũ obtinet.

X lr̃a xiza' penis ad hiſpanos tranſijt.

his dictionibus xa hondixo xelox ⁊ ceteris huiuſmodi. Quod ſi non illa ratio nos mouet q̃ x pro
cs.aut gs.ponitur atq̃ in earum locum ſucceſſit.
quod q̃ grecorum ⁊ latinorum doctiſſimi adhuc
hodie quaſi cs.pronunciant at illud ſaltem conſideremus qualẽ ſonum in fine dictionis habeat
atq̃ ad illius imaginem ceteris in locis proferamus. N. precedente g. quem ſonum habeat magna totius hiſpanie cum hominibus doctis controuerſia eſt. Omnes namq̃ hiſpani ſignum pignus agnoſco ⁊ ſimilia ſic proferunt ac ſi c.pro g
poneretur. Viri tamẽ eruditi:greci ⁊ latini dictiones huiuſmodi ſono quodã ex vtraq̃ littera mixtio lingua ad palatum tota molliter illiſa pronunciant. Nemo ſat hodie quemadmodum veteres
illi nõ modo gn.ſed alias quoq̃ litteras proferebant. Eſt tamẽ longe credibilius veros litterarũ
ſonos in Italia ⁊ grecia reſediſſe q̃ in hiſpania.q̃
totiens barbarorum dominationi manus ceruicemq̃ prebuit. Sunt tamen qui dant ex iſta ratione dicendi neſcio quam turpitudinem intelligi que in re preſertim diuina auditorum animos
offendat. Nam ſi dixerimus inquiunt cognomẽ.
cognoſco cognitus ⁊ ſimilia illico incidimus ł ab
ſurdum quendam ſenſum.quem primoribus ſyllabis oſtendimus O homines impudentes atq̃
petulcos:qui etiam ea que omni ſermonis rei q̃
turpitudine carent.ex animi ſui libidine interpretantur. Si enim dixerit quiſpiam illud ex euãgelio Iohannis. Cognoſco oues meas ⁊ cognoſcũt
me mee.ego mihi ſentio quod me pudoris rubore ſuffundat. At vos homines nequiſſimi perinde ac ſi genitale femineum ſubintelligeretis hoc
narat in labris ⁊ in vdo eſt menas etatis. Quod
ſi eſſetis mundi quemadmodum apoſtolus inq̃t
omnia etiam immunda vobis eſſent mũda. Nũc
vero cum ſitis immundi atq̃ etiam toti in libidinem pruriatis ab his que munda ſunt occaſionẽ
immũdicie veſtre accipitis. Quid vero facietis cũ
illud ex euãgelio. Auribus veſtris inſonuerit. Fodere non valeo mẽdicare erubeſco.⁊ illud. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. Oculus domini ſuper iuſtos. Hec requies mea in ſeculum. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Connus. Nunc id cũ latine legimus quempiam offendit. Teſtes nomen honeſtiſſimũ in iudicio.⁊ alibi
turpe. Cum legimus in ſacris lr̃is. Surrexerunt
in me teſtes iniqui.eſt ne quiſq̃ adeo procax qui
illud in turpiorẽ partem accipere velit. Quare.
Sinite obſecro per deũ immortaleꝫ has ineptas
ſermorum vernilitates.quibus inter ſe ludere cõ
ſueuerunt. Nobiſq̃ ſacris litterarum iniciati ſimus liceat ſaluo pudore omnia proferre. Quam
obrem ego vos adoleſcentes egregij in quibus vnã
latini ſermonis recuperandi ſpes tantum eſt.nã
ceteros quia ſunt incurabiles cum ſtultitia ſua valere ſinamus:non ſolum hortor ⁊ moneo.verum
etiam obſecro.⁊ obteſtor . vt omni ſtudio ⁊ vigilantia ſermoni latino incumbatis: atq̃ illorum voces imitemini:quod penes vt poeta inquit Arbitrium ius eſt ⁊ norma loquendi. Neq̃ patiamur
nos ab exteris nationibus haberi ludibrio q̃ cũ
nos latine loquẽtes audiunt ⁊ ſi meram ſapientiã crepemus ilico rhoncis riſu ⁊ naſi aduncitate
ſuſpendũt potiuſq̃ corruptoris vitia. Hiſpane loquẽtes excuſem':q̃ dum latine volum' videri ſapere cũ magna gẽtis nr̃e turpitudine.⁊ infamia
in mille Barbariſmos icidam'. An vero cum in
ſermone. Hiſpano ruſticos; atq̃ incolas. mon-

Grecia ⁊ itali caſtigatius ⁊ verius lr̃as pferũt hiſpanis ⁊ aliis q̃buſcũq̃ populis.

Cõtinuũ ſtudium docuit artes ſocratem

Peroratio cũ beniuolẽtie captatiõe

tium audiuimus perperã locutos vix poſſumus nos a riſu cõtinere: nos cũ aliena male pronũciamus indignabimur ſi ab his irridemur: quorũ illa ſunt ꝓpria. Nolite queſo per deũ immortalẽ in re tã manifeſta eſſe pertinaces ſed ꝓſpicite vos o patricius ſanguis quos viuere fas eſt occipiti ceco poſtice occurrite ſanne. Qđ ſi forte in romanorũ reipublice contẽptũ cur tã lõgo tpe ſeruitis latinã linguã vultis corrumpere cur nõ ciuilis ⁊ põtificij iuris cur nõ olim bonarũ artiũ atq; theologie in primis cur nõ ſacrarum litterarũ quas in re diuina canimus volumina abrogatis cur non in de mortui ſermonis latini locũ aliũ quendã barbarum ſufficitis. Sed abſit a chriſtiana religione tantũ dedecus vt hiſpane gallice: aut germanice carmine cõpoſita in eccleſijs audiamus aut cũ latine diuinas atq; diuorũ laudes canim⁹. in peregrinũ ⁊ barbarũ aliquẽ ſonum prorumpimus. Te eq; orbis parens et mundi rector qui ex ploſis aliarũ nationũ linguis dediſti eccleſie tue ſermonem in ore labiũ.i. voces latinas. Te eq; ſanctiſſima virgo eadẽq; incontaminata mater dei Maria q̃ ſecũdas celi partes anguſtiori forma in numerũ diuorum recepta poſſides cuiuſq; titulos quotidie latinis vocibus modulamur. Voſq; reliqui coelites q̃ in hoc ſermone firmiſſima chriſti eccleſie fundamenta iecitis. que litteratores iſti antiquitatis ignoratio eſt ꝓpe euerteriſſe obſecro ꝓhibete hanc ignominiã a repub. chriſtiana neq; ſolũ ab incurſu barbarorũ ſtridula atq; incondita voce defendere. Vos pterea clariſſimi atq; inuictiſſimi ꝓ̃cipes quorũ auſpicis ⁊ ductu hiſpanie totius mẽbra diſſipata in vnum prope corpus iã redierre curate ne felicitate quã noſtro ſeculo dediſtis. hoc vnum latini ſermonis ornamentum deſit ampliſſimum. Tu quoq; o et preſidium ⁊ dulce decus meum Ciſteraũſis metrõpolitane primarie antiſtes ⁊ magiſter altera ſpes illuſtriſſime domus deſtugniga Joãnes. in cuius abſentis honorẽ has qualeſcunq; repetitiões mearum primitias dedicamus faue precor Antonij tui cepris ingentibus qui primus idẽq; ſolus contra lingue latine hoſtes ſingulis illatis omnem illorum contra ſe impetũ auſus eſt ſuſtinere.

Finis repetitionis Aelij Antonij Nebriſſenſis.

Eiuſdem Aelij Antonij nebriſſenſis De ordine partium orationis.

Cum eſſem quotidiano prope conuitio requiſitus. tum ab amicis: tum etiam alienioribus vt ſcriberẽ aliquid de conſtructione quam ipſi appellãt: ego vero ordinẽ potius partium orationis dixerim non potui negocium recuſare quod tanto opere efflagitabatur. Igitur poſita ante oculos clauſula principio verbum contemplabimur deinde verbi ſuppoſitum. conſequenter caſus cum quibus verbum conſtruitur. Ordinamus vero ſic: ſi fuerit vocatiuus ab eo faciem⁹ initium. Quodſi non fuerit a nõ incipiemus. Deinde verbum ſequetur cui adiungitur aduerbium. Nam aduerbium quod verbum determinat: aut participium: aut nomen continuo poſt illas particulas poni debet.

Verbũ et eius ſuppoſitum primitus in oratiõe conſiderã da eſſe.

Notandũ eſt tñ ꝙ ſi duo verba aut plura fuerint in clauſula: ꝯſiderabimus qđ eſt verbũ principale. Ẽ: illud qđ facit orationẽ quieſcere et per illud orones incipiemus: vt liber quẽ emiſti erat meus. Verbũ principale eſt erat: vt ſi veneris cras dabo tibi librũ: verbũ ꝓ̃cipale eſt dabo Tũc apponemus dtĩũ vel actĩũ vt cõmodius erit Tandẽ caſum qui ꝓpoſitiõibus adiungitur ſiue effectiuũ ponemus gtĩũ ſemꝑ dictionẽ a qua regitur cõſtruemus dictiões q̃ appoſitiue dicunt. ordinant ſimul cũ eis quas determinãt: vt fama malũ quo nõ aliud velocius vllum. exemplum in bis ponemus. Patres cõſcripti in negocio petri oẽs verbo ⁊ ope frequẽter cicta illi miniſtrem⁹.

Appoſitiue dictiões qualit ordinentur.

Impedimenta conſtructionis.

Notandũ tamen ꝙ omnia aduerbia monoſyllaba vt o non ne. dum cum temporale demonſtratiua quoq; et interrogatiua preponuntur verbis: vt ecce cur quare quamobrem: Similiter hortatiua ⁊ ſimilitudinis et vocandi et optandi vt eia age quaſi ſeu veluti heus vtinam vt ſic tua cyrneas fugiant examina taxos. Etiã donec quia et ſimilia. Interiectiones etiam preponũtur verbis: vt pape quid video. Vah qui deſtruis templũ ⁊ in triduo reedificas illud. Proh deum atq; hominum fidem.

Interiectiões ⁊ q̃ cũ illis aduerbia preponãtur verbis.

Nomĩa interrogatiua: vt quis vel qui qualis quãtus quot quotus cuias ⁊ aduerbia q̃ ab illis deriuant q̃ interrogatiue pferunt verbis preponuntur atq; rectũ ordinem impediunt maxie ſi ponant in obliquis caſibus: vt quẽ queris mulier. Quẽ fugis ah demens. Qualẽ me eſſe putas Quãtũ animi vigere. Quot oues poſſidere. Quotum inter bonos viros ſedere.

Interrogatiua nomia et ab illis deriuata an ⁊ q̃ verbis ꝑferantur.

Relatiua: vt is ea id ſuus ſua um. quis vel qui tantus quantus qualis quotus cum obliquis caſibus ponuntur ante verbum ordinamus: et ſic rectum ordinẽ impediunt. vt regem cui omnia viuunt venire adoremus. Vocatiuus tamẽ tã inſignem habet vim incipiendi: ꝙ ſemper preponi debet. quem tu vides hieremia. neminẽ ego video quem ante cognoueram.

Noĩa negatiua. vt nullus nemo neuter nihil nil ſi in obliquis caſibus ponant. rectum ordinẽ impediunt atq; verbis cũ quibus conſtruuntur preponi debent vt neminem video.

Negatiua

Si relatiuũ ⁊ antecedens fuerit in contextu orationis primũ ordinabimus antecedẽs: deinde relatiuũ quamuis antecedens ponat in obliquitate quoniã prebet viam ipſi relatiuo in quo rectus impeditur ordo vt iſti ſeruit ſoror ſua. illi vero pater eius.

Relatiuo cũ antecedẽte i orõne poſito qđ debeat prius ordinari.

Relatiuum ⁊ antecedens aliquando inueniũtur poſita atq; cõuenire in eodem caſu cõtra regulas artis grãmatice: quod ſolet excuſari p antiptoſim. Nam ponitur caſus pro caſu. vt vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. ſubducite naueſq;. Et lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic factus eſt in caput anguli. Terentius in Andria. Populo vt placerent quas feciſſet fabulas. Idẽ in eadem. Quas credis eſſe has non ſunt vere nuptie.

Ablatiuꝰ abſolutus ⁊ effectiuꝰ

¶ Ablatiuꝰ poſitus abſolute. qui etiā effectiuꝰ pōt vocari ſi fuerit ī orōne: poteſt ꝑponi vel bis aut poſtponi vt muſis dictātibus poete ſcribūt. p̄ceptore docente diſcipuli proficiunt.

¶ Si verbū in orōne defuerit ꝑ eclypſim qđ fieri ſolet ꝓpter nimiā irā aut gaudiū ad extra ſub intelligere oportet neceſſe eſt. Teren. ī eunucho. Ego ne illā que illū que me que nō. ⁊ Vergi. hec ſecū ſubintelligiꝉ locuta eſt.

Regula de relatiuo

¶ Quotiēs in antecedēti orōne ponunꝉ duo nomina diuerſoꝝ gnm: deinde ſequiꝉ relatiuū ſemper de nobiliori fit relatio: vt ſi dixerim Petrus ⁊ Maria iocantur quos tu vides.

Regula de adiectiuo cum duobꝰ ſubſtantiuis.

¶ Quotiens duo noīa ſubſtantiua ad plura diuerſoꝝ geneꝝ ordinanꝉ ſub aliquo adiectiuo illu ī tale nomē adiectiuū ꝯueniet cū gne nobiliori ⁊ hec eſt quā illi vocāt conceptionē generū ita ꝙ maſculinum cōcipit femininū et neutrū vt tu ⁊ femina eſtis albi. bos ⁊ iumentum ſunt ad preſepia ligati.

Regula de quis vel qui

¶ Quotiēs quis vel qui poniꝉ relatiue īter duo noīa diuerſoꝝ geneꝝ ſi illa ad eandē rē. pertinebūt ordinari pōt cum vtroq; vt O vere digna hoſtia per quā fracta ſunt tartara: vel per quē ꝙ ſi alteꝝ eſt ꝓpriū alterum appellatiuū ſemper debet ꝓpiore reſpondere: vt Saluſtius eſt locus in carcere qđ Tullianum appellatur.

¶ Finis.

Requiriꝉ donatꝰ de ꝙ hieronymus gliaꝉ

Donati grāmatici. Hic eſt ille donatus qui preceptore multis in locis diuus Hieronymus gloriaꝉ: Extat eiuſdē opuſculū de octo ptibus orōnis enarrationes ꝙ in Terentiū ⁊ Vergiliū ſcripſit etiaꝫ in Lucanū referēte Hieronymo. Opus autē inſcribiꝉ barbariſmus nō ꝙ de ſolo barbariſmo hic agaꝉ cū multo plura dicenda ſint de ſolocaiſmo de metaplaſmo de figuris de tropis. ſed qđ in titulis libroꝝ aliqñ plura ꝓmittanꝉ aut pauciora ꝙ poſtea reddanꝉ aut qđ eſt ꝯſuetudo nolandi libros ex ipſoꝝ initio quēadmodū apđ hebreos ꝗ appellamus nos geneſim ipſi vocāt breſith qđ interpꝛtaꝉ in pncipio qꝛ liber ille ſic incipiꝉ. In pncipio creauit deꝰ celū ⁊ terrā: ⁊ eodē mō eleſemoth exodū. vaicra leuiticū.

Dria barbariſmi ⁊ ſoloeciſmi

Barbariſmus. Inter barbariſmū ⁊ ſolecīſmū ē dria ꝙ barbariſmꝰ eſt vitiū in vna pte orōnis ſoloeciſmus in ꝯtextu partiū orōnis Sed aduertendū eſt hoc in loco

Inter barbariſmū ⁊ lexim eſt metaplaſmus.

id qđ Seruius denotauit in. v. cn. libro inter barbariſmū ⁊ lexim hoc eſt latinā perfectā ꝓ locutionem eſſe metaplaſmū ꝗ in vno verbo fit ratione vitioſus hoc eſt ꝙ ꝗꝗ fit

Inter ſoloeciſmū ⁊ ſchema eſt figura.

vitiū: rōne tñ defendiꝉ excuſaturq;. Inter ſoloeciſmū rurſus ⁊ ſchema. i. perfectam ſermonū ꝯiunctionē eſſe figurā ꝗ fit in cōtextu partium orōnis rōne vitioſa ideſt vt ſtatim diximus. ꝙ ꝗꝗ fit vitiū rōne tñ quadā excuſaꝉ. Ergo metaplaſmus inꝗt ⁊ figura media ſunt: diſcernuntur ꝓ peritia ⁊ imperitia dicit igitur ꝙ barbariſmus eſt pars orōnis vitioſa. i. vitiū qđ cōtingit in vna parte oronis. ¶ In cōi ſermone. i. pſa ſiue orōne ſoluta ⁊ pedeſtri vbi non relinquiꝉ locus excuſationi niſi defendatur vitium vſu ⁊ auctoritate. In poemate id eſt apđ poetas quibus licet multa facere ꝗ nō licēt hiſtoricis ⁊ oratoribus ſed de metaplaſmo infra diſputabitur.

Dria ē inter barbariſmum ⁊ barbaralexim

¶ Itē barbariſmus. Ponit differentiā inter barbariſmū ⁊ barbaralexim. Nā barbariſmus eſt vitiū partis alicuius ī eadē lingua: vt ſi dicas dñi ꝓ dñs. Barbaralexis eſt cū dictio peregrina aſciſciꝉ in ſermonē nr̄m vt maſtruca qđ eſt genus veſtis ſardoꝝ. i. ſardine incolaꝝ quo vocabulo vtitur Cicero in orōne pro ſcauro. Cateia genus teli germanorum de quo Vergi. in eneiđ. teutonico ritu ſoliti intorquere cateias. Magalia domus paſtorice aphrorum. Vergi. i. eneiđ. miratur molem eneas magalia quondā. Accinacis medorum gladius. de quo dixit Horatius j. carmi. vino et lucernis medus accinacis.

Barbariſmi ſpēs quadraginta.

¶ Barbariſmus autem diuidit barbariſmum in duo genera hoc eſt eius quod fit ſcripto: ⁊ eius quod pronunciatiōe. quorum quodlibet rurſus diuiditur in quattuor genera ſcilicet additione: detractione immutatione: tranſmutatione: littere ſyllabe; temporis toni aſpirationis et ita colliguntur quadraginta barbariſmi ſpecies hoc eſt viginti ex ſcripto ⁊ totidē ex pronunciatiōe de quibus ſtatim ponit exempla. Per additionem littere vt Vergilius. j. eneides. Troas reliquias danaum atq; immitis achilli. Nam reliquie a relinquendo ſunt appellate prima vtrobiq; breui: ſed poeta producit. l littera eſt adiecta excuſatur aūt vitium carminis neceſſitate. ¶ Per additionem ſyllabe fit barbariſmus vt quod ponit exemplum pro abiſſe abiiſſe ex Vergi. ii. eneiđ. Nos abiiſſe rati ⁊ vento periſſe mycenas. immo detractio eſt ſyllabe abiiſſe pro abiuiſſe. Commodiuſq; exemplum eſſet illud ex Iuue. ⁊ barbarus induperator interiecta ſyllaba du pro imperator. Per additionem tēporis. Verg. j. enei. Italiam fato profugus nam prima per-

¶ Donati grammatici illuſtris barbariſmus incipit.

Barbariſmus eſt vna pars oratiōis vitioſa in communi ſermone in poemate vō metaplaſmus. Item barbariſinus ī noſtra loquela peregrina barbaralexis dicitur vt ſi qs dicat maſtruca cateia magalia accinacis. Barbariſmus autē fit duobus modis ſcripto ⁊ pronunciatione.

His bipartitis quatuor ſpecies ſupponuntur additio detractio immutatio. trāſmutatio littere ſyllabe temporis toni aſpirationis.

Per additionē littere fiunt barbariſmi vt relliquias danaum cum reliquias per vnuꝫ. l. dicere debeamꝰ Syllabe vt nos abiiſſe rati pro abiſſe.

Temporis vt italiam cum italiam correpta prima dicere debeamus.

Per detractionem littere vt infatibus paruis pro infantibus. Syllabe vt ſalmentum pro ſalſamentum.

Temporis vt vnius ob noxā correpte ꝓ vniꝰ ꝓducte

Per immutationem littere vt olli pro illi. Syllabe vt pnuces ꝓ pernices. Tpis vt feruere leucatem cū feruere ſit ſcōe coniugationis ⁊ producere dici debeat

Per tranſmutationem littere. vt euandre pro euāder ſyllabe vt diſplina pro diſciplina.

naturã breuiat. Idem in .vij. antiqua ex cedro italuſq; paterq; ſabinus. Per detractionẽ lr̃e vt infantibus par uis pro infantib⁹ paruis ⁊ eſt opinor Lucilij exẽplũ. Per detractionẽ ſyllabe vt ſalmentũ p ſallamentũ ⁊ eſt poete cuiuſpiam antiquiſſimi. Per detractionẽ tp̃is vt Verg. j. en̄. Vnius ob noxã ⁊ furias aiacis oilei cũ vnius penultima producta pferri debeat. ¶ Per immutationẽ lr̃e vt Ver. j. en̄. Olli ſubridens hoim ſator atq; deorum pro illi ſubridens. Per immutationẽ ſyllabe vt qð dicit pernuces p pernicies ſed hoc exemplũ nõ facit ad mutationẽ lr̃e. ſed cõmodius exemplũ eiſſet illud Catulli quoi dono lepidũ nouũ libellũ pro cui. Per imm utationem tp̃is. vt Verg. viij. en̄. feruere leucatẽ penultima breui. cũ feruere p ſcðam penultimã producere debeat. Tametſi feruo is p tertiã declinetur. Per tranſmutationẽ lr̃e vt Ver. xj. en̄. quãq; euandre poſſit eſſe ab eo qð eſt euander: vt idem. Tunc rex euandrus romane conditor arcis. ¶ Syllabe vt diſplina pro diſciplina: ⁊ eſt forte exemplũ ab aliquo auctore ſumptũ. tp̃is: vt ſi longam pro breui ⁊ breuẽ pro longa poſuiſſi. vt qð ponit exemplũ deos cuius prima ſyllaba eſt breuis ⁊ vltima longa. ¶ Toni q̃ ſuperius nõ poſuit exempla de additione lr̃e immutatione trãſmutatiõe lr̃e vel ſyllabe vel tp̃is. Vnde colliguntur duodecim ſpẽs barbariſmi in p̱latione totidẽq; in ſcripto nũc dicit q̃ etiã per accẽtus poſſit fieri quattuor ſpẽs barbariſmi in prolatiõe: ⁊ q2 etiã accẽtus p apices deſignantur. totidẽ etiã ſpẽs colligentur ex ſcripto. Tempora quoq; in ambiguis per apices

Temporis vt ſi quis deos p̱ducta priori ſyllaba ⁊ correpta poſteriori pronunciet.

Toni quoq; ſimiliter p has quattuor ſpecies commutãtur. Nã ⁊ ipſi adijciũtur. detrahuntur. mutãtur. et tranſmutantur quorum exempla vltro ſe offerunt ſi quis inquirat.

Totidem etiam modis per aſpirationem deprehẽditur barbariſmus. que quidam ſcripto. quidã pronũciatione iudicant aſcribẽdum propter h: ſcilicet quã alij litteram alij aſpirationis notam deputant

Fiunt autem barbariſmi per hiatus et colliſiones

Sunt etiã male cõpoſitiones cacoſyntheton. q̃ vitia nõnulli barbariſmũ eẽ putãt in qb⁹ ſunt metaciſmi. Lãbdaciſmi iotaciſmi hiat⁹ colliſiones. q̃ oĩa plus equo minuſve ſonantia ab eruditis aurib⁹ reſpuuntur

Nos cauenda hec omnia vitia prelocuti cõtrouerſiã de nomine pertinacibus relinquamus.

¶ De ſoloeciſmo.

Soloeciſmus eſt vitiũ ĩ cõtextu partiũ orationis contra regulã artis grãmatice factũ

Inter ſoloeciſmũ ⁊ barbariſmũ hoc intereſt qð ſoloeciſm⁹ diſcrepãtes aut incõſe

debere notari Quinti. pcipit. quare barbariſmi ſpẽs circa tempus dupliciter erunt hoc eſt ſcripto ⁊ prolatione ⁊ ſic habemus duas ⁊ triginta barbariſmi ſpecies.

¶ Totidem etiã modis. Octo quoq; alie ſpẽs barbariſmi colliguntur circa aſpirationẽ. nam ⁊ ipſa poteſt addi vt ſi thũ ſcribas per th. detrahi vt ſi thalamus ſcribatur ſine aſpiratiõe: immutari vt ſi tethys vxor oceani ſcribatur in ſcða per t exſle trãſmutari: vt ſi eadẽ ſcribatur primo aſpirato: ⁊ ſcðo exili. Itaq; ex ſcriptura ſuboriuntur quattuor barbariſmi ſpẽs et q2 ſic proferre debemus quemadmodum ſcribĩmus ⁊ ſcribere ⁊ vt proferimus colliguntur alie quattuor ſpẽs ex prolatione aſpiratiõis aut ſaltem ſi non eſt prolatio erit quedã ſpiritus expreſſio ⁊ ſic reſultãt quadraginta q̃s dicimus barbariſmi ſpecies de quibus hactenus dictum eſt. ¶ Fiunt autem. Sunt alia vitia in ſermone. puta hiatus per cõcurſus plurium vocalium aut colliſiones per cõcurſus plurium conſonantiũ illarum maxime q̃ duriores ſunt. vt f. r. vt flagro. fra ngo quemadmodum in illo verſu quem effert. Hora. poſt q̃ ferratos poſtes portaſq; refringit. ⁊ illud Vergilij. poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento. Sunt etiam vitia male compoſitionis: quam greci vocant cacoſyntheton. vt quod per m litteram fit cum ſequitur vocalis. nam m magis videtur ſonare cum vocali ſequente q̃ cum precedenti. vt ſi dixeris venturum excidio libye: ⁊ dicitur metaciſm⁹ i. vitium circa m. litteram ea figura qua barbariſmus Lambdaciſmus fit per litteraſ qñ videlicet aut nimis ſonat aut parum ſonat. ⁊ quod circa alias litteras contingit nam quemadmodũ Quintilianus ait. ſonus litterarum neq; debet eſſe oppreſſus neq; expreſſus. Iotaciſmus fit per i. litteram q̃ a grecis dicitur iota per quam fit frequenter oratio fit hiulca. que omnia ſubaudi vitia: ſonantia plus aut minus equo ideſt eo quod oportet. quod vitioſum eſt. nam vt dixi ex Quintiliani auctoritate ſonus litterarum neq; debet eſſe oppreſſus neq; expreſſus hoc eſt neq; nimium neq; parum ſonare: ſed quantum litt ere debeant ſonare non eſt cuiuſq; iudicium: ſed illius tantum qui eſt eruditus. nam vt eſt in prouerbio cecus male iudicat de colorib⁹. ⁊ hoc eſt qð Quintil. dicit. neq; enĩ cuiuſq; auris eſt exigere lr̃az ſonos non magis hercle q̃ neruorum. ¶ Nos cauẽda. ſenſus eſt. an huiuſmodi vitia ſint barbariſmi ſpẽs an ſub alio ĝne reponi debeãt nihil refert neq; in eo multũ eſt diſputandũ nobis ſatis ſit admonuiſſe lectorẽ vt fugiat hm̃õi vitia: ſed quid fugere aut ſequi debeant iam nõ eſt cuiuſq; ſed vt dixi eius qui eſt eruditus.

De ſolocaſmo. Solocaſmus dictus eſt a ciuitate ſicilie ſoloe. orum quam ſolon ſalaminis condidit cuius incole cum eſſent ſemigreci ⁊ ſemibarbari ſermonem grecum corrumpere ceperunt ⁊ inde a loco ſoloeciſm⁹ dici ceptus quemadmodum barbariſmis a barbaris hoc vitium ab aſinio pollione imparilitas ab alijs ſtribilico appellatur. i. orationis quedam detorſum. ¶ Soloeciſmus igitur eſt vitium in contextu partium orationis tum eo differt a barbariſmo: qui eſt vitium in vna tantum dictione. Sed hoc vitium committitur quotiẽs quis peccat contra regulas artis grammatice puta de conuenientia nominatiui cum verbo: adiectiui cum ſubſtantiuo: relatiui cum antecedente. prepoſitiõis cum ſuo caſuali. verbi cum caſu cum quo debet cõſtrui. ⁊ eodem modo de reliquis. ¶ Inter ſoloecifmum. Ex diffinitione barbariſmi ⁊ ſoloeciſmi iã patuit hec differentia. ¶ Diſcrepantes ideſt diſconuenientes: vt ſi dicas vir bona legit lectionis incõſequentes: vt ſi dicas vir lectionem legit bonus. nam licet partes oratiõis in ordine permutari poſſint eſt tamen quedam

Spẽs barbariſmi p aſpirationem.

De ſoloeciſmo vñ dict⁹ ſit ⁊ quõ diffinitur.

incompatibilis iunctura que admitti non debeat. Scriptis aut pronunciatis. & hoc dictum eſt vnde barbariſmi ſpecies duplicate ſunt. ❡ Quamꝗ multi. Queſtionem quandam ſoluit: an in vna tantum particula orationis poſſit ſolocaſmus fieri. reſponderetꝗ poſſe fieri ſi particula illa habeat implicitam vim contexte orationis & ponit exempla. vt ſi quis quereret a te quis fecit hoc: & reſponderet vno verbo hic: oratio eſſet perfecta ſub intelligitur nam vir fecit. quare ſi reſponderet hec Barbariſmus non erit ſed ſolocaſmus. at ſi explicite diceretur hec vir fecit hoc. aut hic femina fecit hoc. Reſpondeamus rome pro romā. ❡ Aut vnum: hoc ſolocaſmi vitio ſermo hiſpan' frequens eſt quod nulla ratione defendi poteſt ſed ſolo vſu: quia docti ſimul & indocti ita loquuntur & loquendum eſſe vt plures ſentiendum vt pauci ariſtotele. auctor eſt. ❡ Multi etiam quadrige arum: & ſcope arum. in numero tantum plurali poſſe declinari ceſar in libris de analogia. A. gelli'. phocas. diomedes atꝫ alii teſtantur. Igitur cum plinius libro xxxiiii. dixit qdriga regitur ab alcibiade erat dubium: ſed in vno verbo tm̄. ex diffinitione vtriuſꝗ vitij eſſe potius barbariſmum.

Soloeciſmus in vna ſola orōnis parte nō fit.

Gallorum nomin' hoc modo ſic attribuitur.

Duo ſoloeciſmi gn̄a

❡ Soloeciſmus fit duobus modis. Duo ſoloeciſmi genera ponit: alterum quod fit per partes orationis cum alia pars pro alia ponitur. vt nomen pro aduerbio: & ecōtrario ad uerbium pro nomine: aut cum eadem pro ſe ipſa ſed aliter accipitur. alterum gen' eſt qđ fit per accidentia partiū orationis: cuius tot ſunt ſpecies quot ſunt accidentia cuiuſꝗ dictionis. Deinde ponit exempla vtriuſꝗ generis & primo prioris membri. vt Vergi. vii. en. Toruumꝗ repente clamat toruum nomē poſuit pro torue aduerbio. Sub hoc genere eſt alia ſolocaſmi ſpecies cum eadem pro ſeipſa ſed aliter poſita accipitur. vt apud Vergil. vi. enei. cui tantum de te licuit. pro in te. nam caſus eſt pro caſu. id eſt ablatiuus pro accuſatiuo. nam & prepoſitio de pro in ponitur ſuperioris membri exemplum eſt.

Soloeciſmus p accidētia cōmiſſus.

❡ Per accidentia. Alterius generis quod fit per accidentia partium orationis ponit exēpla. & primo de qualitate que in nomie eſt illud per quod nomen ꝓpriū diſtinguitur ab appellatiuo. vt Vergilius quarto eneið. hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto dardanus. Nam proprium nomen eius qui troiam condidit hoc eſt filium iouis pro dardanius poſuit. quod eſt appellatiuum & omnibus troianis competere poteſt.

Soloeciſm' p gn̄a cōmiſſus

❡ Per genera fiunt ſolocaſmi vt ſi dicas valide ſilices forte valide & ſilices dixit: alludēs ad illud Vergilij in bucolicis. ab ſilice in nuda connixa reliquit ſicut quod ſequitur eiuſdem Vergilij in eodem. tum phetontiadas muſco circumdat amare corticis. nam ſilex & cortex feminina ſunt. ❡ Et collus caret collaria p collumcaret collario: ſed hoc vltimū potiꝰ ad barbariſmū ptinet. cū nō ſit in cōtextu orōnis: ſed i vno tm̄ verbo ſed valide ſilices: & amare corticis ſub ſolocaſmo. ❡ Per numeros fiunt ſoloeciſmi vt ſi dicas illud ex Verg. i. en. Pars in fruſta ſecāt. Nā pars nō iungit niſi vitioſe cū verbo plurali ſecant. ſed in carmine hꝫ excuſationē: pſa orōne hoc vitiū excuſabile nō eſt. ❡ Per cōparationē fiūt ſoloeciſmi. qm̄ Donat' & Diomedes cōparationē inter nois accidētia numerāt. Et ponit exēplū alicui' poete q̄ nō extat puta Ennij aut Lucilij. Reddit innoſaturnia ſancta dearum pro ſanctiſſima: hoc eſt poſitiuū p ſuplatiuo. ❡ Per caſus fiunt ſolocaſmi ſi ponat caſus pro caſu. vt Verg. i. en. Vrbē quā ſtatuo veſtra eſt pro vrbs. hoc eſt accuſatiuus pro nominatiuo. ❡ Per modos verboꝝ. Per accidētia q̄ verboꝝ fiūt ſoloeciſmi puta p modū qđ eſt vnū de vbi accidētib'. & ponit exēplū ignoti cuiuſdā poete. Itis paratis arma q̄ primū viri: p ite parate arma indicatiuū p imperatiuo. ❡ Per ſignificationes verboꝝ eriā verbi accidēs eſt fiunt ſolocaſmi & ponit exēplū cuiuſdā incogniti poete exſpoliant eos & corpora nuda relinquūt hoc eſt actiua ſignificatiōe paſſiuā poſuit. Per tpa fiunt ſolocaſmi cū tpꝰ qđ eſt vnū de accidētibus verbi p alio tpe ponit. vt Verg. iii. en. ceciditꝗ ſuperbū ilium & ois humo fumat neptunia Troia: fumat. i. pſens poſuit p pterito fumauit. ❡ Per pſonas fiunt ſolocaſmi cū alia pſona p alia accipitur & ponit exēplū. vt danai q̄ paret atridis q̄ primū arma ſumite p q̄ paretis hoc eſt tertia pſona pluralis pro ſecunda eiuſdem numeri. ❡ Per aduerbia fiunt ſolocaſmi: vt ſi dicas eo intus p introꝝ int' ſigni

Per nūeros.
Per cōparationē per caſus.
Per modos vboꝝ
Per ſignificatiōes.
Per tpa.
Per pſonas.
Per aduerbia.

quentes inter ſe dictiones habet: barbariſm' autem in ſingulis verbis fit aut ſcriptis aut pronunciatis

Quamꝗ multi errent qui putant in vna parte orationis etiam fieri ſoloeciſmum. vt ſic demonſtrātes virum hanc aut foeminam hunc dicam'. Aut interrogati quo pergamus. reſpondeamus rome. Aut vnū ſalutantes ſalucte dicamus. Cum vtiꝗ precedens demonſtratio vel interrogatio vel ſalutatio vim contexte orationis obtineat.

Multi etiam dubitauerunt vtrum quadriga ſcopa ſoloeciſmus. an barbariſmus eſſet cum ſcilicet id gen' dictionis barbariſmum eſſe ex ipſius vitij diffinitione poſſit agnoſci facile.

Soloeciſmus fit duobus modis. aut per partes orationis. aut per accidentia partium orationis.

Per partes orationis fiunt cum alia partiū pro alia ponitur vt toruumꝗ repēte clamat p torue. nomen pro aduerbio ponit. Fit etiā in eadē parte orationis hoc vitium. cum ipſa p ſe non in ſuo loco vt conuenit ponit. vt cui tantum de te licuit pro in te.

Per accidentia partium orationis fiūt tot modis ſoloeciſmi quot ſunt accidentia partiū orōnis. ſed in his ꝓpter cōpēdiū. i. breuitatem pauca mōſtrabim'

Per qualitates nominū fiunt ſoloeciſmi vt hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus pro priū pro appellatiuo poſuit.

Per genera. vt valide ſilices pro validi. & amare corticis pro amari et collus collaria caret.

Per numeros vt pars in fruſta ſecant. pro ſecat.

Per caſus vt vrbem quam ſtatuo veſtra eſt pro vrbs quam ſtatuo.

Per modos verborum. vt itis. paratis arma q̄ primū viri pro ite parate arma indicatiuū pro imperatiuo.

ficat in loco. intro ad locū. ſ3 alterꝫ ꝓ altero ponit̃ hoc in loco. italia venio nō dicim⁹ ſ3 de italia ⁊ qd̄ Vergi. in pncipio eñ. dixit. Italiā fato pfug⁹ lauinaq; venit littora: q2 nōia vrbiū ponunt̃ aduerbialit̃ ſine ꝓpoſitiōe. ¶ Nōia aūt regionū ⁊ pūinciaꝝ nō ponunt̃ aduerbialiter: iō ſēgl debēt ꝓpoſitōib⁹. Ad romā vado nō dicim⁹ ſ3 romā: q2 ponit̃ aduerbialiter. Separatum addēda. i. nō ꝓ cōpoſitionē ſ3 ꝓ appoſitionē: qd̄ cū aduerbio nō pōt facere ſ3 cū dictiōe caſus hñre. ¶ Per prepoſitiōes fiūt ſolocciſmi: cū alia ponit̃. vt Ver. ſub lucē exportāt calatis ꝓ ante lucē immo circa lucē. Illud ꝙ euiſdē. j. enei. ſiluis te tyrrene feras agitare putaſti. pro in ſyluis ſubintellige.

Per ſignificationes verborum vt expoliantur eos: ⁊ corpora nuda relinquunt pro expoliant.

Per tempora vt ceciditq; ſuperbū ilium ⁊ omnis humo fumat neptunia troia pro fumauit.

Per perſonas vt danai qui parent atridis ꝙ primū arma ſumite pro qui paretis.

Per aduerbia vt intus eo pro intro et italia venio ꝓ de italia et ad romam vado pro romam. cum prepoſitio ſeparatis nominibus addenda ſit nō aduerbio.

Per prepoſitiones cū alia pro alia ponitur vt ſub lucem ibant pro ante lucē aut neceſſitate ſubtrahitur vt ſiluis te tyrrene feras agitare putaſti ꝓ in ſiluis.

Per cōiūctiōes vt ſubiectiſq; vrere flammis q; pro ve.

Per ordinem coniunctionum vt autem fieri nō debet pro fieri autem nō debet.

Fiunt preterea ſolocecismi pluribus modis quos repꝛehendendo poti⁹ ꝙ imitando poſſum⁹ adnotare.

Solocecismus eſt in proſa in poemate ſcbema dicitur.

¶ Sequitur de decem vitijs.

Cum barbariſmo ⁊ ſoloeciſmo decē vitia nominātur h̄ nō Achirologia Cacephatō. Pleonaſmos. Periſſologia. Macrologia. Tatologia. Eclipſis Tapinoſis. Cacoſyntbetō. Amphibologia.

Acyrologia eſt impropria dictiōis poſitio vt hūc ego ſi potui tātū ſperare dolorem. pro timere

Cacepbaton eſt obſcena pronunciatio vel in compoſita dictione vel in vno verbo. vt numerum cum nauibus equat et arrige aures pamphile.

Pleonaſmos eſt adiectio ſuperuacua ad plenā ſignificationem. vt ſic ore locuta eſt.

Periſologia ē adiectio v̄boꝝ ſupuacua ſine vlla vi rerū vt ibāt qua poterāt qua nō poterāt non ibant.

Macrologia eſt longa ſententia res non neceſſarias comprehendens. vt legati non impetrata pace retro vnde venerunt. reuerſi ſunt.

Tātologia ē eiuſdē dictionis repetitio vitioſa vt ego met ipſe venis.

Eclypſis eſt defectus quidā neceſſarie dictionis quā deſiderat pciſa ſententia vt hec ſecū deeſt loquebat̃.

Tapinoſis eſt humilitas magne rei nō id agente ſententia quod demōſtrat. vt penituſq; cauernas ingentes vterūq; armato milite cōplēt. i. multe legiōes armatoꝝ militū impleuerūt multas cau rnas Et Vdli cbias vexaſſe rat. s ⁊ pelide ſtomachū cedere neſcij

ra ꝓ altera ponitur. vt Vergili. ij. eneidos. ſubiectiſq; vrere flammis: q; copulatiuā poſuit pro diſiunctiua. ve ſiue vel et hic ſolocciſmus fit per ſignificationes coniunctionis. ¶ Per ordinem coniunctionū quod eſt vnū ex illius accidentibus fit ſolocaſmus cum cōiunctio ꝓpoſitiua ponitur pro poſtpoſitiua: aut econtrario. vt ſi dixeris autem fieri non debet. pro fieri autem nō debet. Autē nāq; cōiunctio eſt poſtpoſitiua. ¶ Fiūt preterea pluribus alijs modis poteſt fieri ſolocaſmus ꝙ ſuperius eſt diſputatum. cum omne vitium circa orationis ſtructuram ſolocaſmum cadat quod multipliciter poteſt cōtingere. Sed notandum eſt nō vt imitemur ſed vt fugiamus. Solocciſmus eſt proſa quēadmodum metaplaſmum diximus eſſe mediū inter barbariſmū ⁊ lexim. ita nos dicimus ſchema eſſe inter ſolocciſmum ⁊ rectam orationem: ſed ſchema excuſatur ratione carminis. ſolocciſmus vitiū eſt inexcuſabile. Per ꝓpoſitiones. Per coniunctiōes. Per ordinē cōiunctionum.

¶ De decem vitijs.

Cum barbarbariſmo. Decē vitia dicit eſſe cōia barbariſmo ⁊ ſolocciſmo: q̄ nōlatis ꝓlo deinde q̄ illa ſint exponit ſingulatim. ¶ Acyrologia q̄ interꝓtat̃ improprietas eſt cū aliqua dictio improprie de ponit̃ vt cū ſpes fit de bono futuro opinato Timor aūt de malo futuro opinato. cū Ver. iiij. ene. lib. dicit. Hūc ego ſi potui tantū ſperare dolorē: acyrologiam cōmiſit: q̄ improprietas quāuis in vno verbo ſit: q2 ſpero ponitur ꝓ timeo: tñ nō liquet de vitio niſi ex inſtructura vtriuſq; particule hoc ē ſperare ⁊ dolorē. ¶ Cacepbaton: quod interꝓtatur mala ſiue turpis locutio fit duobus modis vel ex iunctura partiū orōnis cū videlꝫ ex fine ꝓcedentis dictionis: ⁊ principio ſequētis aliquis ſonus durus aut turpis ſenſus ſentitur. Et ponit exēplū de dura cōpoſitiōe ex Verg. j. enei. Et numerū cū nauibus equat. Naꝝrum ⁊ cū dure coeunt de ſcdo Martia. nūc in adoptiuis perſica chara ſumus. Aut cōmittitur cacepbaton cū ipſi verbo ſubeſt aliq̄ turpitudo. vt apud Teren. in and. Arrige aures pāphile: cū arrectio ꝓprie ſit mēbri genitalis rērigo. Mart. Arrigis ad vetulas faſtidis baſſe puellas. ¶ Pleonaſmos interꝓtatur plenitudo ſiue ſupabundātia: ⁊ fit qñ ſupfluit aliqd̄ verbū ſine quo ſnīa nihilominus erat perfecta: vt Vergi. j. eñ. ſic ore locuta eſt ſuperfluit nam ꝫ ore particula: q2 ſine ore loqui non poſſumus. ¶ Periſſologia interꝓtatur ſermonis ſuperfluitas. nam periſſos eſt ſuperfluus: et eſt quotiens verba ſuperflua adduntur ſiue cum eandem rem varijs modis dicimus: vt ibant qua poterant: Barbariſmo ⁊ ſolocaſmo cōia. Cacephaton. Pleonaſmos. Periſſologia. Macrologia

qd̄ vero additur quaq; non poterant nō ibant ocioſe adiectū eſt q2 in ſuperiori ſermone intelligitur etiā ſi nō dicatur. ¶ Macrologia interꝓtatur lōg⁹ ſermo ſiue lōgitudo ſermōis nā macros ē lōgus: ⁊ eſt qñ breuis ſen

tēſia multis ꝟbis cōtexit: ⁊ ponit exēplū ex Liuio li. viij. ab vrbe legati nō impetrata pace retro vñ venerūt
Tautolo- gia. reuerſi ſunt: ſatis ei fuiſſet dicere legati nō impetrata pace redierūt. ℂ Tātologia interp̄tat identitas ſermo
nis a tātos qḋ ē idē. ⁊ ē qñ reperit eadē res per diuerſa ꝟba vt ſi dicas egomet ipſe feci: met ⁊ ipſe ocioſe adie
Eclypſis. cta ſunt ſaltē alterū illoꝝ. ℂ Eclypſis interp̄tat defect᷑ a clioane qḋ eſt deficio. ⁊ eſt qñ particula neceſſaria in
orōne deficit ꝟbū maxīe fine q̄ orō perfecta eſt ⁊ ponit exēplū ex Uer. j. eñ. cū iuno eternū ſeruās ſub pectore
Tapinoſis vulnus hec ſecū ſubaudi locuta eſt. ℂ Tapinoſis interp̄tat humiliatio: nā tapinos eſt humilis ⁊ eſt qñ rē ma
gnā ꝟbo humili ⁊ min᷑ ſignificāti exp̄mim᷑. ⁊ ponit exēplū Uer. j. eñ. vterūqȝ armato milite ɔplēt. Nā milite
p militib᷑ minus dixit ⁊ plus intellexit: ⁊ dulichias rates: idē Uerg. dicit l buc. p naues vlyſſis cū ratis nō ſit
nauis ſȝ lignoꝝ ſtrues ad traiſciēda flūīa additqȝ tertiū exēplū ex Hor. j. car. pelide ſtomachū cedere neſcij. i.
achillis nepotis pelei irā q̄ neſciebat alteri cedere ponēdo ſtomachū p ira ptē ignobiliorē p nobiliori poſuit.

Cacoſin theton. ℂ Cacoſyntheton interp̄tat male ɔpoſitū: et eſt qñ partes inter ſe male coordinātur. qḋ plerūqȝ in carmīe cōtingit. ponit exēplū ex Uer. ix. eñ. verſaqȝ iuuencū terga fatigamus haſta: hoc nos agimus. i. mitigam᷑ terga iuuencū p iuuencoꝝ: haſta verſa. i. eadē haſta q̄ ferro pugnam᷑ verſa ſtimulū. ℂ Amphibologia interp̄tatur ambiguitas ſermonis ſiue amphibologia ambiguitas ab amphibolos qḋ eſt ambiguus ⁊ qñ ſub eiſdē ꝟbis varij ſenſus pn̄t intelligi. qḋ plurib᷑ modis fieri pōt ponit aūt exēpla quorundā illorū modorum ⁊ in primis per actū cū q̄ mod᷑ infinitiuus ɔſtruitur añ ſe ⁊ poſt ſe. nā dubium eſt vter illoꝝ ſit poſit᷑ in perſona agētis aut patientis: vt ſi quis dicat audio ſecutorē retiaꝝ occidiſſe. ambiguū eſt vter illoꝝ alter occidit fuit aūt ludus apḋ antiquos in q̄ ſecutor qui idem mirmilio dicebat cum retiario cōfligebat de ciuſmodi ludo multa apḋ Iuue. Martia. Trāquillū atqȝ alios auctores dicuntur. Aut per verbū ſubaudi cōis ſignificatiōis ſit amphibologia vt cato criminatur. cū actionē ⁊ paſſionē ſignificet dubiū eſt an cato accuſet an accuſetur: q̄re ex adiūctis amphibologia eſt tollēda. hoc exprimēdo quē aut a quo criminatur vt eodē mō vt vador vadaris qḋ eſt vades dare aut vades accipere. ℂ Fit etiā per omonima hoc eſt p equiuocationē alicuius verbi cū vnū nomē plura ſignificat: nā ſi ſimpliciter pferat amphibologiā reliquit cū lector aut auditor neſciat in quā partē debeat accipere vocabulū illō. ⁊ ponit exēplū de cane qḋ tū alal nobis familiare tū ſtellā notā tū piſcem maleficū ſignificat. Addit p̄terea pluribus alijs modis poſſe fieri amphibologiam.

Amphibo logia

ℂ De Metaplaſmo.

Quid eſt metaplaſmus ⁊ q̄tuordecim eius ſpēs. Metaplaſmus interp̄tat trāſformatio ⁊ eſt qñ id qḋ p̄pe dr̄ trāſformat in aliā ſpēm qḋ nō pōt fieri niſi per vitiū qḋ q̄ excuſabile eſt per aliquā rōnē dr̄ metaplaſm᷑ quē diximus eſſe mediū inter barbariſmū ⁊ lexim. Nō aūt q̄ pōt excuſare hoc vitiū eſt aut metri neceſſitas aut ornat᷑ l q̄ aliqḋ elegātius dr̄ per figurā q̄ p ppriū aut neceſſitas cū nō habem᷑ ppriū vtimur mutuo aut accōmodato. ponit aūt metaplaſmi q̄ttuordecim ſpēs de q̄bus ſigillatim differit. ℂ Protheſis interp̄tat appoſitio ⁊ eſt cū in principio dictiōis apponitur littera vel ſyllaba ⁊ de littera ponit exēplū de Uergi. j. eneiḋ. gnate mee vires mea magn ⁊ potentia ſolus. p eo qḋ eſſe debuit nate de naſcor ris. natus. de additione ſyllabe nō ponit exēplum ſed

Protheſis.

Epenthe ſis. poſſunt eſſe exēpla ex prepoſitiōibus cū in cōpoſitiōe nihil ſignificāt vt adſimilis adnoto. ℂ Epentheſis interp̄tat interpoſitio ab epi q̄ḋ eſt inter ⁊ theſis ⁊ eſt qñ in medio dictiōis interponit lr̄a vt redeo a re ⁊ eo
Parago ge. interiecta d. aut ſyllaba vt Iuue. grauis ⁊ barbarus indupator. ⁊ hāc aliī parentheſim vocāt que eque interpoſitio interp̄tatur. ℂ Paragoge interp̄tatur adductio a parago qḋ eſt adduco. et eſt qñ in fine dictionis additur lr̄a vel ſyllaba vt magis pro magi. Nam mage debet eſſe ab eo quod magne et quod Uergilius. vij.

Cacoſyntheton eſt vitioſa dictionum compoſitio. vt verſaqȝ iuuencum. terga fatigamus haſta.

Amphibologia eſt ambiguitas dictionis que fit per accuſatiuum. vt ſi quis dicat audio ſecutorē tertiaꝝ occidiſſe. Aut p ꝟbū. vt crimiat cato. vadat iuli᷑ nec addat quē vl̄ a quo. aut p participiū. vt video ſtatuā auream haſtam tenentem.

Fit etiā per omonyma. vt ſi quis dicat aciem neqȝ addat oculoꝝ aut exercit᷑. aut ferri. Fit etiā pluribus modis qḋ receſſere oēs ne nimis lōgum eēt non opȝ

ℂ De metaplaſmo.

Metaplaſmus eſt traſſormatio quedam recti ſolitiqȝ ſermonis in alterā ſpeciē metri ornatus neceſſitatiſve cauſa. Huius ſunt ſpecies quattuordecim Proſtheſis Epēteſis. Paragoge Apheresis Syncopa apocopa ectaſis. Syſtole. Dyereſis Synalepha Ecthliſis. Antitheſis. Metatheſis. Proſtheſis ē appoſitio quedā ad principium dictionis littere vel ſyllabe. vt gnate pro nate retulit pro tulit.

Epentheſis eſt interpoſitio q̄daꝫ ad mediā dictionū littere vel ſyllabe. vt relliquias. pro reliquias. Induperator p imperator hanc autem alij epentheſin alij parentheſim vocant.

Paragoge ē appoſitio quedā ad finē dictionis lr̄e vl̄ ſyllabe vt magis p mage. et poteſtur p poteſt hanc alij paralepſim alij plerim id eſt p̄ſumptiōē vocāt

Apheresis eſt ablatio de principio dictiōis lr̄e vel ſyllabe. cōtraria pſteſi vt mitte p dimitte. tēno p ɔtēno

Syncopa eſt ablatio de media dictiōe littere vel ſyllabe contraria epētheſi vt audacter pro audaciter et commorit pro commouerit.

Apocopa eſt ablatio de fine dictionis littere vel ſyllabe contraria paragoge vt achilli pro achillis. poſſis pro poſitus poteſt pro poteſtis. mutu pro mutuo.

Ectaſis ē extētio ſyllabe ɔtra naturā ꝟbi vt italiā fato pfug᷑ cū italiā p̄ia ſyllaba correpta dicere debeam᷑.

Propontis idis.mare p̄pe cōſtātinopolim fo.eo.
Prophetes te.vir propheta fo.xxx
Prophetiſſa iſſe.mulier q̄ p̄phetat. fo.eo.
Propter p̄poſitio ad dandū rōnem fo.lxvij.
Proſeucha che.hoſpitale pauperum fo.ciiij
Proſynna ne.oppidum theſſalie. fo.eo.
Protheus.quidā deus maris fo.eodē
Protogenes is.primogenitus fo.eo.
Pſeudo in cōpoſitione falſus eſt fo.xlj
Prototypum pi.originale fo.cxvij.
Prurigo nis.dicitur ardor ⁊ aduſtio carnis cogens ad ſcalpendum. fo.xxiiij.
Prunus ni.arbor prunorum f.xxj.
Pſaltes dicit̄ peritꝰ in cythara vel organo. fo.xxx
Ptyſis is.q̄dam infirmitas intrinſeca fo.xxv.
Ptiſana ne.ſuccus ordei vel aqua cocta cū ordeo.f.cxj
Publipor poris.publiꝰ ſeruus fo.cxij
Pugil lis.q̄ certat pugnis fo.xxj.
Pugillares um.tabule ad ſcribendum fo.xlij.
Puls tis.ſorbitiūcule vel pulmentū ex farina. fo.iij
Puluinar aris.ceruical vel puluinus fo.xxiij
Pupa pe.ſtatiūcule quas in modum filiorum iuuencule faciunt. fo.eo.
Pupus pi.p̄ eodē;ſed iſti ſunt ad hoīs effigiē.fo.eo.
Pupilla le.meditulium oculi. fo.eo.
Pupillus pupilli puer qui in tutela alicuius conſtitutus eſt. fo.eo.
Pus ris.putredo fo.xlj.

Quadrige rum.currus qui a quattuor equis trahitur. fo.xlij.
Quadragies aduerbium.quadraginta vicibus. fo.cxj.
Quadrans antis.tres vncie. fo.xxx.
Quadringēties.i.quater centū vicibus fo.cxj
Qualus li.vas vimineū paruū alr̄ dicit̄ corbis.fo.xx.
Queſtus us.lucrum. fo.xxxix.
Quero ris.inueſtigare petere⁊ interrogare
Quater aduerbium.quattuor vicibus fo.cxj.
Quaterni ne.na.in quattuor vel tres continens quattuor. fo.eodē
Quatio tis.ere.eſt excutere
Queror eris.eri.eſt lamentari. fo.cvij.
Quercus us.quedā arbor cognita fo.xl.
Queſtus us.querela vel q̄rimonia. fo.xxvij.⁊.xxxix
Quinquatria orū.feſta erant minerue. fo.xliij
Quincuns uncis.quinq̄ vncie fo.xxvi.
Quinquagies aduerbiū.quinquaginta vicibꝰ. fo.cxj.
Quingēties aduerbiū.i.quinquies cētū vicibus. f.eo.
Quinquies aduerbiū.quinq̄ vicibus fo.eo.
Quinquenime.na.i.ſingulis quinq̄ fo.eo.
Quinquageni ne.na.i.ſingulis quinquaginta. f.eo.
Quingenteni ne.na.ſingulis quingenti fo.cxj.
Quirinus ni.alr̄ romulus rex fuit romanorum. fo.cxj.
Quiris ris.romanus. fo.xxxv
Quiſquilie arū ſtipule vel minutiſſime palee. fo.xliij
Quiſquilia e.quedā arbor quercui ſilīs in folijs.eodē
Quintilis lis.quidā mēſis ſcꝫ iulius fo.xx.

Rabula le.aduocatus indoctꝰ. fo.xxij.
Rapum pi.q̄dā radix ſatis vtilis q̄ veſcunt̄ hoīes in multis p̄tibus.fo.cxj.
Raphanus ni.radix cognita. fo.eo.
Raſtrū ſtri.inſtrumentū dentatū quo meſſes aliq̄bꝰ terris terūt̄.f.xxix
Raucio cis.ire.eſt eſſe vel fieri raucum
Recido is.di.penul.longa.i.ſcindere. fo.cj
Recido dis.di.penul.breui iterū cadere fo.c.
Reclino as.aui.are.eſt inclinare vel humiliare. f.eo.
Recuſo as.aui.are.refutare paruipēdere ⁊ nolle. f.c.
Recludo is.ere.eſt aperire qđ erat clauſum fo.eo.
Redimo mis redemi,redimere .eſt iterum emere eripere ſaluare. fo.eo.
Redimiculū li.ornamentum. fo.cvij.
Refertio tis.ſi.ire.eſt iterū vel multū replere fo.eo.
Reficio is.ci.ere.eſt reſtaurare ⁊ iterū facere. fo.c.
Refuto as.aui.are.eſt redarguere fo.eodē
Reliquie arum.partes reſidue ſiue oſſa vel veſtimēta ſanctorum. fo.xliij.⁊.cj.
Remex gis.qui remigat fo.cvij
Ren renis.veneris ſedes in homine vel eſt quoddam inteſtinum fo.xxiij
Repo pis.repſi ere.eſt latenter intrare⁊ fo.cix.
Requiro is.ſiui.ere.eſt iterū q̄rere ⁊ inueſtigare. f.eo.
Reſideo es.edi.ere.remanere pigere ⁊ morari.fo.eo.
Reſes dis.i.piger. fo.eo.
Reſtis is.corda vel funis. fo.eo.
Reſulto as.ui.are.eſt reſilire reluctari ⁊ in contrariū ferri. fo.l.
Rex regis. fo.xxx
Rhamnes etis.nomē p̄priū viri in vergilio fo.xxxix
Rhebus bi.nomē p̄priū cuiuſdam equi. fo.cvij.
Rheda currus fo.eo.
Rhegium gij.vrbs eſt in italia fo.eo.⁊.clix
Rhetor rhetoris . orator rhetoricus vel gubernator. fo.cix.
Rhinoceros otis.aīal incognitum fo.xxxvj.
Rhiphei orum.montes ſunt ſeptētrionales. fo.cx.
Rhodanus ni.flumius eſt in gallia fo.cxj
Rhodus di.quedam inſula fo.codeꝫ
Rhodapne nes.quoddam arbuſtum. fo.eodē.
Rhodoppe pes.mons thracie fo.eo.
Ringor eris .gi.iraſci.indignari ⁊ cōtendere. fo.lvij
Rito as.a quo ſunt prorito as.⁊ irrito as. fo.cxj

Ritus us.conſuetudo antiqua fo.xxx
Rogus rogi ignis fo.eodem
Rubigo inis.vitium ferri ⁊ ſegetum fo.xxiii
Rubrica pictura vel eſt regula fo.cxiii
Rubus i.quedã arbuſcula ſpinoſa afferens fructum paruum ⁊ nigrum fo.xxi
Robur roboris fortitudo fo.cxi
Rudens rudentis funes nauis fo.xxx
Rudis is.res noua fo.xxiii
Rudis is.virga pictoris fo.eodem
Rudo is.rudi ere.eſt aſinum clamare fo.lxxi
Rudus vel ruder ſtercus vel immundicia fo.xxx
Rumex icis.quedam herba fo.cxiii
Ruo is.ere.eſt repente cadere fo.lxix
Ruſticus a.um.res agri vel ruris fo.cxiii
Ruteni orum.populi ſunt alemanie fo.cxiii
Rutuli orum.populus italie fo.eodem
Rutilus a.um.res rubea vel criſpa fo.eodẽ
Rutuba e.fluuius eſt italie fo.eodem
Rutupe es.ciuitas ſicilie fo.eodem
Saburra e.quidã dux fuit fo.xxi
Sagus i. ſaga e. diuinator vel diuinatrix folio.cvi.
Salamin ſalaminis ciuitas eſt grecie.
Sales ium.facetie verba iocoſa fo.lxi
Salix icis.quedam arbor infructuoſa fo.xxi
Salo is.ſalem infundere fo.cvi
Salomon onis.rex iſrael fo.eodem
Salome es.nomen proprium femine fo.eodem
Salpe es.nomen mulieris fo.xxx
Salſugo inis.ſudor vel humiditas ſalis fo.xxxiii
Salto as.are.eſt tripudiare fo.lvii
Salum i.mare fo.xxx.⁊.xlii
Sambucitēs e.qui canit cum ſambuca fo.xxx
Sambuciſtria e.mulier que cum illo inſtrumento canit. fo.eodem
Samos i.inſula maris ionii fo.xxxi.⁊.xxx
Samnis itis.homo.ex ſamnie oppido italie fo.xxx
Sancio is.xi.ere.ſtabilire vel ordinare fo.xliii
Saperda e.certus piſcis fo.cxvi
Sapis is.fluuius lombardie fo.eodem
Sandix icis.genus rubre herbe fo.xxx
Sapo onis.quedam confectio ad mundandum pannos fo.cvi
Sarcio is.ire.ad ſacerdotes pertinet fo.liiii
Sardonix chis.quidam lapis precioſus fo.xxx
Sarmates e.vir aſie fo.xxv.⁊.xxx
Sarmatis idis.mulier illius patrie fo.eodem
Sarracum i.currus fo.cxvi
Saſo onis.quedam inſula fo.cvi
Saſina e.ciuitas italie fo.eodem
Satias vel ſaties.ſacietas vel faſtidiũ rerũ fo.xlvii
Satelles ſatellitis. homo armatus qui alium ſociat fo.xxix.
Saturnalia orum.feſta erant ſaturni fo.xlvii
Scabo bis.bi.bere.eſt gratare fo.cv
Scale arũ.ſcale ſunt per quas ab inferioribus ad ſuperiora aſcendimus fo.xlvii
Scalpo is.ſi.ere.eſt ſculpere vel gratare fo.lvii
Schema atis.interpretatur figura fo.cviii
Scyphus ſcyphi.vas erat quoddam ad ſacrificandum fo.cxx.
Scytes e.vir tartarie fo.xxxv.⁊.xxx
Scythis idis.mulier etiã tartarie fo.eodem
Scitus a.um.res pulchra ſapiens vel cognita fo.cxi
Sciſcitor ſciſciaris ſciſcitari eſt ad ſapiendum interrogare fo.lxxii
Scope arum.ramuſculi quibus domus mundatur. fo.xlvi.
Scopo ſcopis ſcopere proprie eſt domum purgare vel mundare fo.lxiii
Scrobs ſcrobis.foſſa maxime illa quam ſcrophe faciunt. fo.xxx
Scripulus i.quoddam pondus fo.cx
Scrupus pi.lapis fo.cxiii
Scrupulus li.paruulus lapis fo.eodem
Scurra ſcurre qui turpiter iocando domos aliorum ſectatur fo.xxii
Sebetus i.fons eſt in italia fo.cvi
Securis is.inſtrumentum quo ligna groſſa ſcindunt vel quedam arma fo.xxvii
Secus prepoſitio.i.prope vel iuxta fo.lviii
Secius aduerbiũ.i.aliter vel alias fo.lxix.⁊.cvii
Secundum prepoſitio. fo.lxvii
Seditio onis.diſſenſio inter ciues fo.xxiii
Sedulus a.um.eſt ſollicitus ⁊ aſſiduus fo.cvii
Seges etis.meſſis vel terra in qua ſeminat fo.xxv
Seligo is ere.e ſecernere vel ſeorſum eligere fo.cviii
Semel aduerbium.i.vna vice fo.cixi
Semis ſemiſſis. pondus eſt ſcilicet dimidia pars libre. fo.xxx
Semis aduerbium.i.dimidium fo.iii
Senecio onis.qui eſt aliquantulum ſenex fo.xxiii
Senaculum i. locus vbi ſeniores conſultandi gratia conſiſtunt. fo.cxiii
Senium ii.ſenectus fo.xli
Senones populi ſunt gallie fo.cviii
Seorſum aduerbium.i.ſeparatim ſemotim fo.cix
Sentes ium.ſpine fo.xlſ
Senſim aduerbium.i.paulatim fo.lxx
Seps pis.quidam ſerpens. fo.xxx
Separ aris.i.diſſimilis fo.cviii
Sepia e.quidam piſcis fo.cxxix
Sepio is.claudere ⁊ ſepe circũcludere fo.cviii
Sequana e.fluuius gallie fo.eodẽ
Sequani orum.populi iſtius fluminis fo.eodem
Serapis is.deus egyptiorum fo.cxv
Seres ium.populi orientales fo.cvii
Sero as.aui.claudere vel clauſtra adhibere fo.lii
Sero is.eui. ſeminare ſemen ſpargere fo.eodẽ
Seria ſerie amphora vel olla et quodlibet vas terreum. fo.cviii
Seria orum.res ſine facetiis ⁊ iocis fo.xlvii
Serum ſeri liquor qui fluit de recenti caſeo dum premitur. fo.cviii
Sericus a.um.res ſerici fo.eodem
Serta orum.corone ex floribus facte fo.xlvii
Sextos ciuitas europe fo.xli
Sextilis is.i.ſextus menſis ſcilicet auguſtus fo.xxv
Sextans antis.due vncie fo.xxx
Seſoſtris i.rex fuit in egypto fo.cix
Seuerus a.um.res auſtera ⁊ grauis fo.eodem
Sibilus i.ſonus qui ſibilando fit fo.xlvii
Sibina e.quoddã genus teli fo.cx
Sica e.gladius breuis fo.eodem
Sicarius ii.qui cum ſica aliquem occidit fo.eodẽ
Sicania e.ſicilie inſula fo.eodem
Sicanus a.um.res illius inſule fo.eodem
Sicheus i.maritus regine didonis fo.eodem
Sido is.ſidi.ere.eſt manendo ſedere fo.eodem
Sydus eris.ſtella fo.eodem
Siler eris. alias vimen quedam arbor fo.xxiii.⁊.cix
Siler eris.fluuius italie fo.eodẽ
Silex cis.petra a qua ignis excutitur fo.cx
Siligo inis.certa ſpecies frumenti fo.eodẽ
Siliqua ſilique . folliculus cuiuſlibet leguminis folio eodem.
Silurus ſiluri.i. certus piſcis qui in nilo generatur. folio eodem.
Symbolum i.conuenientia fo.cxvi

Simius ij.quoddā animal habens digitos ⁊ vultum quaſi humanum. fo.cx
Simia e.p femella illius animalis fo.codē
Simois entis.flu.troianus fo.xxvij
Symplegas adis.ſaxum iuxta boſphorum fo.cxviij
Symphonia e.conſonantia fo.cxxj
Sinagoga e.interpretatur conuentus fo.cxx
Sinapis is.quedā herba vel eius ſemen fo.eo.
Sincerus a.um.res munda ⁊ pura fo.cxvij
Sinciput itis.prima pars capitis fo.xxx
Sidon onis.ciuitas fenicie fo.xxv
Singuli e.a.vnus ⁊ vn⁹ vel quilibet per ſe fo.cxxj
Synthedra interpretatur conſeſſus fo.cxvij
Synon onis.quidā homo grecus fo.cx
Sinapis is.ciuitas ponti fo.eodem
Sincreſis interpretatur conſeruatio fo.cxliiij
Sinueſſa e.ciuitas italie fo.cxx
Sinum i.vas in quo lac effundit dū mulget fo.eo.
Sinus us.portus maris vel ps illa q̄ eſt inter cōplexum pectoris ⁊ brachiorum fo.eodem
Siphax cis.quidam rex aphrice. fo.xxx
Siphariumrij.vmbraculum vel velum ad faciendū vmbram fo.cxj
Sipho onis.editor fo.eodem
Sipus untis.ciuitas apulie fo.xxvij
Siracuſe arum.ciuitas ſicilie fo.xj
Syrinx gis.ſyringa quedā fiſtula ſic dicta vel nomen propriū cuiuſdā nymphe fo.xxxvij
Syrus a.um.res regionis ſyrie fo.cxj
Siſer ſiſeris.quedā radix cui⁹ cibus ē vtilis fo.codē
Siſto is.ſteti.idem eſt qḋ ſto vel maneo fo.lj
Siſto is.ſtiti.retinere vel firmare fo.lxij
Sithon is.mons thracie. fo.cxj
Siticen inis.qui apud mortuos canit fo.xxiiij
Siticina e.mulier etiā ſic apḋ mortuos canēs. fo.eo.
Smilax cis.certa ſpecies hedere fo.xxx
Soboles is.generatio fo.cxj
Socors dis.ignauus fo.xxx
Sodalis is.ſocius in rebus iocundis fo.cxj
Solen enis.aqueductus ſiue piſcis fo.codē
Soliū ſolij ſedes regia vel chaldaria balnei fo.xliiij
Solox cis.lana groſſa vel caprarum fo.xxxj
Sophia e.eſt ſapientia fo.j
Sophos aduerbiū interpretatur ſapienter fo.codē
Sopio is.iui.facere alium dormire fo.lxxj
Sora re.ciuitas italie fo.cxij
Soracte is.mons prope romam fo.xxxviij
Sorex icis mus femina fo.cxij
Sorbillo as.are.aliquantulum vel paulatim ſorbere fo.lxix.
Sordes iū.immūdicia vel auaricia fo.xxvij. ⁊ xlij
Sortes ium.reſponſa deorum fo.eodem
Soſpes itis.ſanus ⁊ ſaluus fo.xxvij
Soſpita te.pro codē ſ; ptinet ad feminas fo.eodem
ſoter eris.interpretatur ſaluator fo.cxij
Spado onis.priuatus virili ſexu.i.caſtratus fo.xxv
ſpadix icis.ramus palme fo.cvj
Spargo is.ſi.diffundere vel reſpergere fo.lxij
ſpecus us.ſpelūca foſſa ſ; ſubterranea fo.xxxj.⁊.xlij
Speleum i.pro eodem fo.eodem
ſpelinx cis.pro ſpelunca fo.cox.cviij
ſphinx gis.animal incognitum fo.xxxvij
Spinter eris.armilla aurea fo.xxvij
ſpiculum i.haſta vel ſagitta fo.cix
ſpondeo es.pmittere fo.lxij
Sponſalia orum.mentio ⁊ promiſſio futurarum nuptiarum. fo.xlij
Sponte aduerbium.i.voluntarie. fo.xxxix
Splen ſplenis.alias lien.quod eſt in contraria parte cordis. fo.xxxij

Spurius ij.filius qui nō eſt de legitimo matrimonio natus fo.cxiij
Strabo nis.qui habet oculos obliquos fo.xxij
ſtraba e. femina que etiā ſic habet oculos fo.codē
ſtrages is.multitudo hoim mortuoꝝ fo.cvj
Stragulū li.ſtratorium quod lecto vel ſedili ſuperponitur ⁊ ſella equi vel aſini fo.eodem
Stater ſtateris.inſtrumentū ad ponderandū vel altera ex eius lancibus fo.xxxv
Sterto is. ui. ere. eſt naribus dormiendo reſonare folio.lxxix.
Stratoma atis.genus vlceris fo.cxv
ſtepſireos otis.ſpēs vel genus ceruoꝝ fo.xxxiiij
Scolex ecis. fo.cxij
ſtenellus li.nomē proprium viri fo.cxiij
Strigo as.a quo ſunt inſtigo as.caſtigo as. fo.lvij
ſtilus i.graphium fo.lxxx
Stipo as.are.eſt replere vel circundare fo.lix
ſtipes itis.truncus arboris fo.xxxvij
Stirps pis.pgenies ſiue pſapia vel arbor fo.xxxvij
Styrax acis.gutta eſt cuiuſdam arboris que cadens gelatur fo.xxxvj
Styx gis.palus inferorū ⁊ nomē pprium fo.xxxv
Stilopes ſtilopi ſonus qui ex inflatione buccarum erumpit fo.xxx
Sterpo pis.ere.eſt facere ſonitū cū pedibus fo.lij
ſtrideo es.ere.eſt ſonū facere cū dentibus fo.lij
Strigilis.inſtrumentum eſt ferreum quo equi gratantur ⁊ etiam patella fo.cx
Strigo is.xi.ere.comprimere fo.eodem
ſtrix gis.auis nocturna fo.xxxvij
Struo is.xi.ere.edificare vel ordinare fo.lxviij
ſtrues is.multitudo lignorum cōpoſitoꝝ fo.liij
Stupidus a.um.quod vita ⁊ ſenſu caret. fo.cxiij
ſuadeo es.ere.eſt rationibus monere fo.cv
Sub prepoſitio.i.infra fo.lxvij
ſuber eris.cortex quercus fo.xxiij
Subtus ppoſitio ⁊ aduerbiū.i.infra fo.lxxij
ſubter pro eodem fo.eodem
Subſcus clauicula lignea fo.xxx.⁊.xxvij
ſubcollo as.eſt portare ſuper collum fo.v
ſubucula e.genus veſtis intime fo.cix
Subula ſubule broca ferrea cum qua calcij ſuuntur fo.cxxv.
Sudes is.virga ad faciendum fo.xxvij
ſupellex tilis.oē ornamentū dom⁹ fo.xxx.⁊.xxxix
Superſtes itis.qui ſuper alium viuit fo.xxvij
ſuper prepoſitio fo.lxvij
Suppetie arum.gentis adiutorium fo.xij
Supparus i.papilio velum vel tentoriū fo.xxxix
Sus ſuis porcus vel porca fo.cxxij
Suſurrus ſuſurri. ſonitus apium et alterius huiuſmodi fo.xxiij

Tabes bis.ſanguis corruptus fo.cv
Tabi tabo pro eodem fo.codē
Tabraca ce.ciuitas eſt in aphrica fo.codē
Tenarus ri.mons apud lacedemonians folio.xxxix.
Taigetus ri.mons alius ibidem fo.cj
Talpa pe. quoddam aial qḋ ſemper eſt cecū fo.xxx
Talio onis.eiuſdem rei recompenſatio:ſiue vindicta ſimilis delicto fo.cvj
Talus li.pars pedis ſuper calcaneū fo.xxvij.⁊.cvj
Tango is.ere.eſt alicui manū admouere fo.lv
Tantundem tantidem aliud tantū fo.lxx
Tartarus ri.infernus fo.xxx.⁊.xxxix
Teges etis.parua domus ſiue tugurium fo.xxv
Telagonus filius vlyxis fo.cxv
Tellus uris.dea terre fo.xxx
Temno is.pſi.deſpicere fo.lxv

Tempe quedam vallis theſſalie fo.xlij.
Tenarus mons laconie. fo.xxxix.
Tēdo dis tetēdi.oſtēdere vl' aliq̄d curuū extēdere. f.liij
Tenus prepoſitio.i.vſq3 fo.lxvij.
Terapne es. locus lacedemonie. fo.cix.
Teredo inis.vermis qui in lignis nutrit. fo.eodem
Tereus terei.rex thracie.
Teres teretis.res longa ⁊ rotunda. fo.xxv.
Termes etis.ramus vel ſurculus arboris. fo.eodem
Tergeo es tergo is.eſt mundare fo.xlviij.
Terni ne.na.res trina vel quilibet tres fo.clxj.
Tero is triui.confringere ⁊ cōminuere. fo.xlvij.
Teſtudo teſtudinis. quoddā animal paruum qḋ teſta cooperitur. fo.xxuij:
Teſqua ocum.loca deſerta ⁊ inculta. fo.xlij.
Thales.ſapientū ſeptem grecie vnus fo.j.
Thetys yos.dea maris fo.cix.
Tetra interpretatur quattuor. fo.vij.
Tetrarcha che.vnus de q̄ttuor principibus fo.eodem
Tetricus a um.res aſpera ardua et grauis fo.cix.
Texo is ui.ordinare vel conſtruere fo.xlvij.
Thebe arum.quedam ciuitas boetie. fo.cvij.
Thebe es.ciuitas egypti. fo.eodem.
Thebais idis.opus ſtatij poete eodem
Theca interpretatur capſa. fo.eodem.
Theodoricus fuit quidā rex gotthorum. fo.c.
Thera re.inſula eſt calamachi fo.cviij.
Therme arum.balnea. fo.xlij.
Therſites is.vir grecus: fo.cxxv.
Theſeus ei.rex athenarum fo.cviij.
Thetis idis. mater achillis fo.eodem.
Thimus mi.quedam herba. fo.cxj.
Thos ois.quoddam animal cognitum fo.xxx.
Thominx thos. fo.xxxvij.
Thorax thoracis. quedaȝ arma ſiue veſtis que vſq3 ad cingulum protenditur fo:xxxvj.
Thule es.quedā inſula ſeptētrionalis. fo.xxiij.
Thrace es.regio europe. fo.cv.
Thrax acis.vir ex thracia. fo.xxx.
Thrasibulus li.homo fuit in athenis. fo.cv.
Thaiſſa nomē ꝓpriū femine apud athenas. fo.xvij.
Thiara e.mitra regum. fo.cxv.
Tibia tibie.quoddā inſtrumētū muſicū fo.xxiiij.
Tibicen tibicinis.qui canit cum tibia. fo.codē.
Tibicina e.femina que ſic cū tibia canit fo.eo.
Tibur tiburis.ciuitas italie fo.xxiij
Tiburs tiburtis.res illius ciuitatis fo.eo.⁊.cix
Ticinus ni.flumen italie eodem
Tilia tilie.quedā arbor vulgariter dr ſabina fo.cx
Tympaniſtes e.qui tympanū pulſat. fo.xxxj
Tympaniſtria ſtrie.femina illud agens. eodem
Tingo is xi.colorare vel tinctura inficere fo.xlv
Timeus timei.quidam philoſophus fuit fo.cix
Typheus tiphei.vnus ex gigantibus fo.cx
Tyrus tyri.ciuitas phenicie fo.cxj
Titillo las.eſt incitare ⁊ inflāmare ad luxuriā eodem
Titillatus us.illa inflāmatio vel incitatio eodem
Tytirus tytiri nomē proprium cuiuſdā paſtoris apud Vergilium eodem
Tmolus li.mons lidie fo.eo.⁊.cxiij
Toga ge.veſtis romanorum fo.cxij
Tollo lis.ſuſtuli ere.eſt leuare ⁊ offerre fo.liij
Tomo mi.interpretatur inciſio fo.cxij
Tono tonas tonui.tonitruum facere eodem
Tophus tophi.quedā ſpecies lapidum eodem
Torcular torcularis.calcatoriū vel prelum quo vue vel aliquid ſic exprimitur fo.xxiiij
Toreuma atis.vas tornatum. fo.cxij
Torqueo es.cruciare vel voluere fo.liij
Torquis is.circulus aureus circa collum fo.xxvij
Torus is.lignum ſentinſtum fo.eodem.
Traba vel trabes lignū groſſum domuȝ tranſuerſans ſup quo laquearia edificantur. fo.xxviij.
Trache traches.eadem eſt trachia fo.cv.
Trachin inis ciuitas boetie fo.xxxvj.⁊.cv
Traduco cis xi.trās vltra ducere vel accuſare fo.cv
Tragula tragule.genus eſt teli
Traho is.eſt ꝑ vim ⁊ raptādo aliq̄d portare f.l.⁊.ciij
Trames itis.via ſtricta fo.xxvij
Trans prepoſitio i.ex illa parte fo.lxxj
Trabs bis.regio fo.xxxvj
Trebia trebie.flumius italie fo.cviij
Trebula le.quedā vallis in italia eodem
Treſſis is.tres libre fo.xxvij
Treuir iri.populi ſunt gallie fo.xxiiij
Tribus bus.progenies fo.xxviij
Triche arum.capilli fo.xlij
Tricies aduerb.nūerādi.triginta vicibus fo.cixj
Tricēties aduerb.nume.i.tribus vicibus cētū fo.eo.
Tribulū li.inſtrumētū quo meſſes teruntur. fo.cix
Tribulus tribuli.quedā herba ſpinoſa eodem
Triceni ne na.ſingulis triginta. fo.clxj
Tricuſpis dis.res habens tres cuſpides fo.xxv
Trieteris idis.ſpaciū triū annorū fo.cxviij
Triens entis.tres vncie fo.xxvij.⁊.xxx
Trigeſſis i.triginta libre eodem
Triptoton quod conſtat ex tribus rebus. fo.cxx
Tripus odis.res habens tres pedes fo.xxxvj
Triton onis.deus maris fo.cxj
Triquetra tre.ſicilie inſula eodem
Triuicus ci.quidam locus prope romam eodem
Troas adis.quedā regio troie fo.c
Tros ois.res troie eodem
Trudo is ſi.impellere ſiue impingere fo.lvij
Trux cis.res crudelis auſtera ⁊ fera fo.xxx
Tuba tube.fiſtula cantatoria fo.xxiij
Tubicen inis.qui canit cum tuba fo.eodem
Tubicina ne.mulier que etiam canit cum tuba fo.eo.
Tuber eris.fungus q̄ ſub terra naſcit ⁊ nutrit fo.xxv
Tuderteris:quedā ciuitas italie. eodeȝ
Tuders tis.res illius ciuitatis. eodem
Tueor eris.aſpicere vel defendere fo.lxxj
Tuguriū tugurij:caſellula quam ſibi faciūt cuſtodes vi nearum fo.cxiiij
Tumulus li.pmōtoriū terre vel ſepulchrum fo.cxv
Tumult' tus.multoꝝ garrit' quaſi rumor mult' f.eo.
Tundo is.inclinare percutere ⁊ verberare fo.liij
Tunica tunice.veſtis quedam qua antiquitus homines vtebantur fo.cxiiij
Tuor tueris aſpicere. fo.clxvj
Turgeo turges turgere.eſt inflari fo.lvj
Turbo inis.vertigo vel volubilitas ventorū. fo.xxx
Turtur genus auis fo.xxvij
Vacia vacie. qui curuat crura ambulādo. folio. fo.xxvj
Vacienus vacieni pro codē fo.eodem.
Vacienum ni.viole ſilueſtres fo.cv
Vadū vadi.locus breuis fluminum quo pedeſter tranſiri poteſt. fo.cvj.
Vafer ra rum.res callida ⁊ ingenioſa fo.eodem.
Vagio vagis ire.eſt infantē plorare fo.eodem.
Valde aduerbium.i.multum fo.lxix.
Value arum.ianue ſiue porte fo.xlij.
Vannus ni.cribrum. fo.xxx.
Varus ra rum.i.curuus. fo.xxxi.
Varix varicis.venarum nodus. fo.eodem.
Vas vadis.obſes vel fideiuſſor fo.xxvij.
Vates tis.q̄ naturali inſtinctu futura dicit. fo.xxix.
Vaticanus ni.mons prope romam. fo.cix.
Vber vberi mamma ⁊ fertilis. fo.cxiiij.

Vaticinor vaticinaris.naturali inſtinctu diuinare vel prophetare fo.cix
Vectis tis.veru ferreū quo oſtiū firmatur fo.xxx
Verbena ne.quedā herba fo.xvj
Vehementer aduerbium.i.multum fo.lxix
Veho is exi eſt in ſe aliquid portare fo.liiij
Vectigal vectigalis.tributum quod dominis debitur. folio .xxiij
Venaſtrum locus campanie cviij
Veneo venis ni nire.eſt vendi fo.eo.z.lxij
Venetus a.um.res vrbis venetie fo.cvij
Venalia lie.quedam nympha eodem
Venus veneris dea amoris eodem
Ver eris certa pars anni fo.xxiij
Veratrum veratri quedam herba fo.cix
Verber eris flagellum fo.xxiiij
Verna ne.ſeruus qui in domo noſcitur fo.xxj
Vernus na.num.res veris eodem
Verona ne.ciuitas italie fo.cix
Vepres veprium ſpine fo.xxiiij
Verris ris.porcus cum teſticulis eodem
Verro is exi eſt ſcopare ſiue radere fo.liij
Verſus prepoſitio.i.contra fo.lxvij
Veruex ecis.aries fo.xxiij
Veru indeclinabile haſta ferrea proprie qua in coquinis vtuntur fo.xxij
Vertagus gi.canis qui perdices inueſtigat fo.xxx
Vertigo ginis.globus ſiue conuolutio et congiratio q̄ fit a vento in terra fo.xxj
Veſenus ni.mons campanie fo.cix
Veſuius i.pro eodem eodem
Veſulus li.mons italie eodem
Veſper veſperis vltima pars diei ſiue ſtella quedam folio xxiij
Veſtras atis.res veſtre patrie eodem
Vfens entis fluuius italie fo.xxx.z.cxiiij
Vibex vibicis.plage vel inſignia verberum in corpore humano fo.cix
Viburnum ni.quedam arbor eodem
Vicies aduerbium. viginti vicibus.folio.xvij. et folio cxix.
Viceni ne.na.ſingulis viginti eodem
Vicem a vice.fortuna vel quod ventus expectat quando viciſſim aliquid fit fo.xlij
Victus a.um.languidus a.um fo.xxvj
Vigeſſis is.viginti z ſex fo.clxj
Vinacium cij.grana vue iam preſſe fo.cxij
Vinalia orum.feſta vini fo.xliij
Vincio cis vinxi.ligare
Virus viri. aſperitas odoris hominis ſiue venenum folio xxvij.z.cviij
Viriatus ti.quidam dux hiſpanus fo.cviij
Viſcum ſci.glutē quo oues capiuntur fo.xxv
Viſcus eris caro ſiue loca circūfuſa cordis fo.xxxvj
Viſo is ere.ire ad videndū fo.xlv
Vlciſcor eris punire vel vindicare fo.lxx
Vligo inis. humiditas terre fo.xxij
Vltra prepoſitio.i.ab illa parte fo.lxviij
Vnedo onis.quedā arbor ſiue fructus eius q̄ eſt rube' et roſſidus quātitate vero minor nucib' fo.xxiij
Vnio onis.lapis precioſus eodem
Volucris cris.vel leuis. fo.xxuij
Volucris is.auis eodem
Voluox ocis.vermis eſt minor eruca corrodēs pubeſcētes vuas.alis conuoluolus dr fo.xxx
Volux cis.homo fuit in aphrica
Vomis eris.ferrum quod infigitur dentali aratri. folio. xxxv
Unguen inis vnguentum vel fucus fo.xxiij
Vpupa pe.quedam auis parua fo.cxv
Vrgeo vrges coercere vel ſtringere fo.liij
Vſq adeo.i.vſq quo' fo.lxv
Vſtica ce.locus apulie fo.cxx
Vter a.um.i.quis ex duobus fo.xxuij
Vter vtris vas de corio ad vinum portandum fo.x
Vtica ce. ciuitas africe fo.cxv
Vulcanalia feſta fuerunt vulcani fo.xlij
Vultur ur .quedam auis fo.xxvij

X
Xenos interpretatur hoſpes fo.xxix
Xenium xenij mun' quod mittitur hoſpiti fo.xxvij
Xenos interpretaī ficus fo.cxxix
Xerampelin' xerampelina um. res viridis fo.cviij

Xerolophos dicitur ſepulchrum. eodem
Xelon i.interpretatur lignum eodem
Zoilus poeta fo.c

Finis vocabularij.

Aelij antonij nebriſſenſis lexicon ſeu paruum vocabularium in quo breuiter inuenies vocabula ſcholaſticis valde neceſſaria.

Vocabula barbara emēdata in latina v'ba fo.clxxj
Vocabula ad numerandum eodem
Vocabula multiplicium nominū fo.clxij
Vocabula conſanguineoꝝ cognatorum. eodem
Vocabula affinium eodem
Vocabula membroꝝ hominū exterioꝝ fo.clxi
Vocabula membrorum hominum interiorum eod
Vocabula partiū cōmuniū hominum fo.clxxi
Vocabula humorū excrementorū corporis eodem
Vocabula officiorū hominum eodem
Vocabula edificiorum publicorum z priuatorum folio eodem z ſequen.
Vocabula cōtignationum tectorum fo.clxxiij
Vocabula ornamentoꝝ viroꝝ z feminarū eodem
Vocabula quotidianorum edulioꝝum fo.clxxv
Vocabula ſupellectilium multarum eodem
Vocabula ponderum eodem

Vocabula barbara emendata per latina verba.

Barba barbe pili faciei hominis non gerolobodium i.
Pileus pilei indumentum capitis non birrum i.
Penula e.cappa ſiue pallium non tunica e.
Tunica e.veſtis quam induimus poſt thoracem non ſanguis
Supparus i.linea veſtis q̄ a femis apō carnē portaī non camiſia e
Subucula e.pro eadem ſed eſt hominis non interula e.

Thorax is .pro quadam veſte hominis que vſq; ad ſin gulum protenditur.	non archipons
Arcœus i.quodcunq; vas admodū amphore	non pitalphum i.
Onophorum i.vas ad ponendum vinum	
Aqualis is.vas ad imponendum aquam	
Arca e.pro quacunq; capſa	non tenacium i.
Arcula e.pro eodem	
Scrinium ij.capſa ad reponendum libros	
Lacta e.capſa ad ponendum panem	
¶ Lucanica ncc.inteſtinum alijs carnibus minutis plenum.	
Coditrix cis.pro femina q̄ ornat cibos in quoquina	non longaminitas
Coquus i.pro homine etiā cibos ordinante	non coquinatrix
Sterculus i.diminutiuum ab vter ri	non coquinator
Lucerna ne.inſtrumentum quo oleo infuſo ꝛc.nos ſi luminans.	non pilaſca e.
	non crucibulum i.
Pretor is.qui executat penas aliorū impoſitas	non petro onis.
Lechitus ti vas ad infundendum oleum	non lenticula e.
Teſſa e.vas terre ad aliquid coquendum	non fidelia e.
Globus ligneus truncus rotundus.	
Forcipes vel cultri tonſorū	non forcex cis.
Tonſor ris.qui radit barbam	non barbitonſor
Attramentum ſcriptorum eſt	non incauſtum i.
Calceus indumentum pedum	non ſotular aris.
Patina e.vaſis genus quo dapes elixe in menſam fe runtur.	et non platenaci
Sapo onis quedam confectio quo panni bene mun dantur.	non carbonum ſi.
Tubligar aris.pro bracchis	non carabula e.
Luſtrum pro lupanari.	non rozgiliū ij.

Nomina numeralia vniuoca vnū duo due duo.tres tria. quattuor q̄nq; .ſex ſeptem.octo.nouem. decem.vndecim duodecim.tredecim .quattuordecim. quindecim.ſexdecim .decem ꝛ ſeptem decem ꝛ octo.decem ꝛ nouem.viginti. vigintiunus.vigintiduo.vigintitres.vigintiquattuor ꝛ vigintiquinq;.vigintiſex.vigintiſeptem. vigintiocto. vigintinouem.triginta quadraginta .quinquaginta ſexaginta.ſeptuaginta.octoginta nō octuaginta.nonaginta.centum ducenti ducente ta.vel bis centum: trecenti te ta.vel trecentum quadrigenti te ta.vel q̄tercentum.quingenti te ta.vel quinquies centū:ſexcenti te ta.vel ſexies centum.ſeptingenti te ta.vel ſepties centum.octingenti te ta.vel octies centū.nongenti te ta.vel nonies centum. mille aduerbium vt mille homines.mille ſubſtantiuum. vt mille hominū duo mille adiectiuum. duo milia ſubſtantiuum. tres mille vel tria milia.quattuor mille vel quattuor milia.quinq; mille vel quinq; milia.ſex mille vel ſex milia.octo mille vel octo milia.nouem mille vel nouem milia. viginti mille vel viginti milia.triginta mille vel triginta milia.quadraginta mille vel quadraginta milia.quinquaginta mille vel quinquaginta milia.ſexaginta mille vel ſexaginta milia. ſeptuaginta mille vel ſeptuaginta milia.octoginta mille vel octoginta milia. nonaginta mille vel nonaginta milia. ¶Centum mille vel centum milia.ducēti mille vel bis centum mille.ducentū milia vel bis centū milia. trecenti mille vel trecētū mille.trecēta milia vel trecētū milia.quadringēti vel q̄ter cētū mille q̄dringēta milia vel quater cētū milia. quingēti. mille vel q̄nquies cētū mille:quingēta milia vel quinquies centum milia.ſexcenti mille vel ſexcies cētū mille.ſexcēta milia vel ſexies centum milia.ſeptingenti mille vel ſepties cētū mille.ſeptingenta milia vel ſepties cētū milia. octingenti mille vel octies centū mille.octingēta milia vel octies centū milia.nongenti mille vel nonies. cētū mille.nōgēta milia.vel nonies cētū milia.Quod vulgo dr̄ cōpte x c m.latine dicitur decies cētum mille vel decies cētū milia ꝛ ſic dos cōptes vicies centū mille vel vicies cētū milia.quare cōptes tricies cētū mille vel tricies cētū millia quare cōptes quadragies cētū mille vel quadragies cētū milia.ꝛ ſic de reliquis.

Nomina diuidua:que ſignificāt ꝛ diuiſionē ꝛ ſeparationē ab alijs vulgo cada tans o de tants en tāta. Singuli. bini.trini.q̄terni.q̄nq̄ni ſexeni ſepteni.octoni.noueni. deni.vndeni. duodeni.terdeni. q̄terdeni.q̄ndeni. ſenideni.deniſepteni.denioctoni.deninoueni.viceni.viceniſinguli.vicenibini.viceniſepteni.vicenioctoni.viceninoueni.triceni.quadrageni.quīquageni. ſexageni ſeptuageni.octogeni.nonageni. cēteni. duceni p ducenteni.triceni p tricenteni.quadringeni p quadringenteni.quingeni pro quingenteni.ſeptingeni p ſeptingenteni.octingeni p octigēteni.nōgeni vl̄ noningeni p nōgenteni vel noningēteni. mille ꝛ ſic de reli.

Nomina ordinalia que ſignificāt illius numeri vltimū ꝛ quādoq; ipſum numeꝝ.primus.ſecūdus.tertius.quartus.q̄ntus.ſextus.ſeptim⁹. octauus.nouus. decimus. vndecim⁹.duodecimus.tredecimus.quartuſdecimus.q̄ntuſdecimus.ſextuſdecimus.decimuſſeptimus. decimuſoctauus. decimuſnonus.viceſimus. viceſimuſprimus ꝛc.triceſimus.q̄drageſimus.q̄nquageſimus.ſexageſimus.ſeptuageſimus. octogeſimus. nonageſimus.cēteſimus.ducēteſimus.tricēteſimus. quadringēteſimus.quingēteſimus.ſexcenteſimus.ſeptingēteſimus.milleſimus.bis milleſimus. ter milleſimus.quater milleſimus.quinquies milleſimus ꝛc.

Aduerbia ſignificātia toties illū numerū.Semel.bis.ter.quater. quinquies ſexies. ſepties. octies. nonies. decies. vndecies.duodecies.tredecies.q̄rtuordecies.q̄ndecies.ſexdecies.deciesſepties.deciesocties deciesnonies.vicies.tricies.quadragies.quinquagies. ſexagies. ſeptuagies.

octogies.nonagies.centies.ducenties.trecẽties.quadringenties.quingẽties.ſexcenties.ſeptigẽties.octigenties.nongẽties vel noningẽties. milies bis milies ter millies ⁊c. ¶ Animaduertendũ eſt ꝙ infra centum ⁊ vltra viginti minor numerus poteſt precedere maiorẽ mediãte cõiũctione.vt vnus ⁊ viginti.ꝑmus ⁊ viceſimus.ſinguli ⁊ viceni. ſemel ⁊ vicies.
¶ Poſſum' quoqꝫ vnus ⁊ duo demere de maiori numero.vt duo de viginti pro decem ⁊ octo vnũ de viginti vel vndeuiginti pro decẽ ⁊ nouẽ vel vndeuiceſimus duodeuiceſimus.⁊ ſic de ceteris.
Sunt alia noĩa a numeralibus noĩbus deducta certe cuiuſdã ſignificatiõis.qualia ſunt que ſequuntur:
Simplex icis.res ſine plica.i.nõ duplicata.
Duplex icis.res duplicata.
Triplex icis.res triplicata.
Quadruplex res quadruplicata.
Quintuplex res quintuplicata ⁊c.
Simplum ſimpli tantundem.
Duplũ bis tantũ Triplũ ter tantum
Quadruplũ q̃ter tantũ Quintuplũ q̃nquies tantũ
Sextuplũ ſexties tantũ Septuplũ ſepties tantum
Octuplũ octies tantũ Decuplũ decies tantum.
Centuplũ centies tantũ ⁊ ſic de ceteris:
Bimus a.um.i.ſinguli duo.
Trinus a.um.i.ſinguli tres.
Quadrimus a.um.i.ſinguli quattuor.
Bienniũ ĳ.duoꝝ annorũ. Trienniũ ĳ.triũ annorum.
Quadriennium ĳ.quattuor annorum.
Quinquennium ĳ.quinqꝫ annorum.
Sexenniũ ſex annorũ Decenniũ decẽ annorum.
Cẽtenniũ centũ annoꝝ Biduũ bidui duo dies
Triduũ tridui tres dies Quatriduũ quattuor dies.
Binoctiũ due noctes Trinoctiũ tres noctes
¶ Homo inis.cõmune ab humo deducitur.
Vir viri maritus vel qui venit ad etatẽ virilem.
Mulier eris.dicitur que amplius virgo nõ eſt.
Infans infantis.i.non loquens.
Puer pueri a paruitate dicitur q2 paruulus eſt.
Puella puelle quaſi parua puera.
Adoleſcẽs cõe qui iã attingit q̃ndecim annoꝝ etatẽ.
Iuuenis cõmune qui iam aptus eſt ad laborem.
Senex ſenis.qui ex ſenectute iaꝫ morti propinquior.
Anus ani vetula.
Puberes qui iam apti ad generandum.
Impuberes qui ad generandum adhuc nõ ſunt apti
Ingenuus ingenui.qui natus eſt liber.
Libertus liberti qui ex ſeruo factus eſt liber.
Libertinus qui iuſta ſeruitute manumiſſus eſt.
Seruus ſerui captiuus. Serua ſerue ancilla.
Mancipiũ mancipĳ ſeruus vel ſerua.
Famulus famuli liber qui ſponte alicui ſeruit.
Mercennarius mercẽnarĳ.qui propter diurnum denarium laborat.
Erro ⁊ fugitiuus qui fugit.
Veterator ſeruitor antiquus.
Nouitius ĳ.ſeruitor qui nouiter eſt emptus
Mango onis.qui ſeruos vendit.
Lecticarius qui ducit lecticas.
Gerulus geruli baiulus.
Pater ⁊ genitor idem. Mater ⁊ genitrix idem.
Parens pater vel mater.
Filius ⁊ natus idem. Filia ⁊ nata idem.
Auus aui pater patris vel matris.
Auia e.mater patris vel matris.
Proauus proaui.auus patris vel matris.
Proauia auia patris vel matris.
Atauus i.alterius parentis proauus.
Atauia e.alterius parentis proauia.
Maiores iſtis antiquiores.
Nepos nepotis filius filĳ vel filie.
Neptis neptis filia filĳ vel filie.
Pronepos potis.nepos filĳ vel filie.
Proneptis tis.neptis filĳ vel filie.
Abnepos tis.pronepotis filĳ vel filie
Abneptis tis.proneptis filĳ vel filie.
Minores omnibus his poſteriores.
Patruus germanus patris.
Amita germana patris.
Auunculus germanus matris.
Matertera germana matris.
Patruus magnus germanus aui.
Amita magna germana aui
Auunculus magnus germanus auie.
Matertera magna germana auie
Frater fratris germanus.
Soror ſororis. germana.
Patrueles primi filĳ duorum fratrum
Patrueles prime filie duorum fratrum.
Sobrini ⁊ cõſobrini filĳ germani vel germane.
Germanus filius vnius ⁊ eiuſdẽ patris ⁊ matris
Nepos ex fratre:nepos germani.
Nepos ex ſorore nepos germane.
Neptis ex fratre:notum eſt.
Neptis ex ſorore:vt ſupra
Cõſanguinei:propinqui ⁊ cognati.
Affines:viri ⁊ vxoris cognati.
Maritus ti.vir mulierem habens.
Vxor ris.mulier habens virum.
Coniunx gis.maritus vxor
Nouerca ce.ſcd̃a vxor reſpectu filioꝝ prime
Vitricus ci.ſcd̃s maritus reſpectu filiorũ primi
Priuignus i.germanus ex altero parentum
Priuigna e.germana vt ſupra
Pellex cis.q̃ cum eo corpus miſcet q̃ habet vxorem.
Riualis lis:q̃ habet amicam
Pallaca ⁊ cõcubina:q̃ cũ celibe viro corpus miſcet
Vxoris frater notum eſt.
Vxoris ſoror
Socer ri.pater vxoris vel mariti.
Socrus crus.mater vxoris vel mariti.
Socer magnus.pater ſoceri vel ſocrus
Socrus magna:mater ſoceri vel ſocrus.
Scortum ti.mulier lupanaris
Meretrix cis.q̃ ob turpe lucrũ quocũqꝫ loco corpus venereis actibus prebet.
Sponſus ſponſi dicitur a ſpondeo.q2 ſpopondit ſe in matrimonium conſentire.
Sponſa ſponſe femina dicitur vt ſupra.
Pater ſpiritualis.compater.
Mater ſpiritualis.commater.
Filius ſpiritualis notum eſt.
Filia ſpiritualis.
Nutrix cis.que filium alienũ ſuo lacte nutrit
Collactaneus.eodem lacte cũ alio nutritus.
Collactanea femina vt ſupra.
Pedagogus q̃ infantẽ inſtruit in moribus ⁊ eũ ducit.
Pedotribes.q̃ puerũ exercitat in aliqua bona arte.
Preceptor oris ori.magiſter qui docet pueros.

¶ Membra hominis exteriora.

Caput capitis:ſupremum corporis a quo omnes ſenſus initium capiunt.
Capito capitonis: qui habet groſſum caput
Capitatus ta tum.res capitis.
Vertex verticis: pars ſumma capitis.
Vertex verticis.pulſus.
Capillus capilli:quaſi capitis pilus.
Capillatus:qui longos habet capillos.
Cani cano ꝝ.n:capilli albi.
Canus cana canum: res habens canos.

Canicies ciei.i.ſenectus a candore dicta.
Antie arũ.capilli qui ſunt ſupra frontem.
Caprone capronarũ pro eodẽ.
Cincinus cincini:crinis qui prolixo pendet.
Cirrus cirri plicatura capilloꝝ.
Coma come.proprie crines mulierum
Comatus ta.tum.qui habet longos capillos.
Ceſaries ei.proprie capilli hominum.
Ala alie latera interiora oris.
Calua e.locus patens ſuper duo ſupercilia
Caluus a.um.res capillis carens
Caluiciũ.idẽ eſt qđ calua capillis tñ abſentibus.
Caluaria caluarie:os capitis iã caluũ
Commiſſura commiſſure cõiectura:
Criſpus a.um.qui capillos habet retortos ꝛ rectos
Rufus rufa rufum.i.rubeus.
Frõs frõtis.loc⁹ eminẽs iter ſupciliũ ꝛ caluã vł faciẽ.
Frontones:qui habent amplã frontẽ.
Facies naturalis ꝛ immutabilis oris habitus.
Vultus vultus qđ in facie mutaẗ ex diuerſis motib⁹
Superciliũ ſupercilij pili arcuales infra frontem.
Ciliũ ij.folliculus ſuperior oculi.
Palpebra finis oculorum vel capilli
Gene genarũ:locus faciei infra palpebras.
Oculus oculi:organũ eſt quo videmus.
Oculi angulus pars per quã lachryme fluunt.
Albũ oculi notũ eſt.
Pupula pupule.meditulliũ oculi.
Strabo onis.qui habet oculos obliquos.
Luſcalus luſculi.qui habet viſum debilẽ
Cocles itis qui caret altero oculo
Lucinus lucini.qui habet paruos oculos.
Poetes poeti qui palpebras agitat.
Mala le.pars illa que eſt inter oculos ꝛ buccas.
Gena antiquitus erant male.
Naſus naſi feneſtre quibus percipimus odorem.
Naris naris:pro eodẽ vel tota illa longitudo vſq̧ ad frontem.
Naſones qui habent longum naſum.
Naſutus a.um.poſſeſſiuum eius.
Simus a.um.qui preſſis eſt naribus.
Reſimus qui habet naſum recuruũ ſurſum
Silo onis qui habet naſum aquilinum
Bucce arũ.vtrũq̧ latus oris vento inflatũ.
Tempus oris.planicies capitis ex vtroq̧ latere frontis exiſtens.
Sinciput vna pars capitis.
Occiput poſterior pars capitis.
Auris is.ab hauriendo dicitur quia ſonum haurit.
Auricula e.grandis auris.
Flacci qui habent aures in tantum longas ꝙ pẽdẽt.
Auritus a.um.magnas habens aures.
Labrum i.vel labiũ ij.oris exterior clauſura.
Labeo onis.qui habet groſſa labia.
Os oris.dicitur quaſi oſtiũ ciborũ ꝛ verborum.
Rictus us.magnum os.
Dentes primores i.primi qui patent.
Dentes canini.alij iſtos in ordine ſequentes.
Dentes molares.i.vltimi.
Dentes maxillares.idem eſt.
Dens genuinus.i.vltimus omnium.
Maxilla e.in quibus ſunt dentes infixi.
Lingua lingue.membrũ quo loquimur.
Gingiue arum.caro vbi dentes gignũtur
Palatũ i.locus intra os inter dentes ꝛ liguam
Mentũ i.ſedes piloꝝ barbe.
Barba e.pili faciei hominis.
Barbatus a.um.habens longã barbã.
Lanugo inis pili iuuenibus ante barbã naſcentes.
Colliũ.i.tota illa caro q̃ eſt inter caput ꝛ humeros
Collutus a.um.qui habet longũ collum.
Iugulus i.anterior colli pars.
Ceruix cis.poſterior colli pars.
Ceruices ceruicũ ſuperbia:
Thorax thoracis.nota corporis rotunditas vſq̧ ad cingulum.
Pectus oris.pars corporis infra gulã vſq̧ ad aluum
Mamma mãme.tata.
Papilla papille.caput mãme.
Tergum tergi poſterior pars corporis.
Spina ſpina.iunctura dorſi
Coſta e.ſunt oſſa in lateribus corporis.
Scapula ſcapule.que veluti mollibus iugis a ceruice dimittitur.
Humerus i.locus inter brachij iuncturas ꝛ collum.
Brachiũ ij.ab ars grece latie forte qꝛ fortia exercent.
Lacertus i. idem eſt quod brachium.
Thori orum.caput vel muſculus brachij.
Cubitus i.pars brachij ab illo loco vſq̧ ad manum.
Manus manus ui.notum eſt.
Dextera re.manus dextra.
Leua leue.ſiniſtra manus.
Ambidexter q̃ manu ſiniſtra operatur eque ꝛ dextra
Digitus digiti.commune eſt omnibus digitis pertinens dicitur a decem:quia tot ſunt.
Pollex licis.primus et groſſior ceteris.
Index ſecũdus ab indicãdo: qꝛ cum eo indicamus.
Verpus verpi medius.
Infamis et impudicus pro eodem.
Minimus alſ auricularius.
Proximus a minimo:qui eſt inter minimum et medium anularis alſ medicinalis.
Articulus li.parui artus quales ſunt digitorum
Condilos iunctura articulorum.
Unguis is.eſt in digiti extremitate.
Palma palme manus extenſa.
Pugnus pugni manus clauſa
Vir concauitas manus.
Manus auerſa.i.retorta.
Ulna vlne.vtriuſq̧ brachij vel cubitus extenſio.
Venter ventris.locus adq̃uẽ prius venit cibus
Umbilicus.i.medius locus vẽtris ꝛ totius corporis.
Abdomen inis pinguedo carnis.
Inguen inis.pars corporis circa pudenda
Pecten inis.barba inferior circa pudenda.
Pubes pubis.pro eodem.
Mentula mentule.penis is.
Muto mutonis:mutunius i.virga genitalis.
Preputium ij.caro que in fine cooperitur.
Glans dis.dicitur mentula pueroꝝ qꝛ ei eſt ſimilis.
Coleus ei.Teſtis et teſticulus idem.
Cunnus ni.cõmuniter dicitur vulua
Criſta e.intermedia cunni.
Erhopigyum os.eſt quaſi extremitas ſpine.
Podex anus.culus idem.
Clunes ꝛ nates idem.
Truncus corpus ſine capite.
Crus cruris dr a genu vſq̧ ad imum pedem
Uarus i.cui obtorta introrſum crura ſunt.
Uacia e.cui in exteriorẽ partẽ crura flectũtur.
Coxendix cis.
Coxa e.idem.
Femur oris.pars illa ab inguine vſq̧ ad genu.
Femen inis.a naticis vſq̧ ad iuncturam genuũ
Genu genua:cõmixtiones femorũ ꝛ crurium.
Tibia e.pars cruris a genu vſq̧ ad talum.
Sura e. muſculus tibiarum.
Pes pedis.cum quo ambulamus
Pedo pedonis.qui habet grandes ꝛ amplos pedes.
Poples plitis.illa concauitas q̃ genu oppoſita eſt.

Malleolus malleoli.talus vel calcaneus.
Calx calcis.media inter crura ⁊ calcaneum.
Plāta plāte pars inferior pedis vſqꝫ ad digitos
Vola vole.cōcauitas illa que eſt in medio pedis
Planca plante plāti ſlauri qui vola carent.

¶ Membra hominis interiora.

Cerebrum cerebri.medulla capitis.
Tonſille arum.in ſue vocantur glandule. in homine vero tonſille.
Vua vue.illa rotunditas carnea que eſt in gutture.
Epiglottis. nux gutturis.
Gurgulio is.via patēs in narib' vſqꝫ ad pulmonem
Gula locus per quē cibus ad vētrem tranſit.
Fauces faucium.ſupior pars gule mēto ꝓpinqua.
Guttur ris.interior pars colli.
Cor cordis.notum eſt aliqñ ponitur pro ſapiētia.
Cordatus a.um.id eſt ſapiens.
Concors is.qui vnius animi eſt.
Diſcors is.qui corde.i.animo deſidet.
Vecors vecordis ſtultus.
Secors is.ignauus quaſi ſine corde.
Pulmo onis.dicitur a pleumon grece latine ſpūs a quo mouetur ⁊ aperitur pulmo.
Precordia orum.tele cordis.
Septum tranſuerſum idem.
Precee arum.⁊ paries idem.
Iecur ris.in dextra pte eſt ſub precordiis.
Hepar idem.non eſt latinum.
Lien grece ſplen latine in hoc lexicale eum eſſe dicūt.
Fel fellis.veſica ē infra iecur amariſſimo liquore plena que etiam dicitur fel.
Exta extorum.inteſtina fibre.
Renes um.renes ſunt qui lumbis adherent dicti a riuis:qꝛ ab his riui obſceni humoris oriūtur.
Lumbus lumbi a libine dicitur cuius ſedes in homine lumbus eſt.
Inteſtina orum.interiora corporis.
Omentū ti.tela ſup ponam vel ventrem.
Lactes lactium per quas labitur cibus
Aluus alui venter.
Stomachus oſtium ventris.
Veſica ice.vbi vrine cōgregantur.
Vtriculus collum vteri.
Vterus ri. pprie ē in mulierib'.ſ.locus cōceptionis.
Loci locorum pro eodem.
Secūde arum.lectus in quo infans intra vterū iacet
Hymen.folliculus in quo puer naſcitur inuolutus.

¶ Partes hominis cōmunes.

Neruus ui.vinculum membrorum.
Os oſſis notum eſt.
Caro carnis.ſic dicitur quaſi chara.i.amara.
Corpus corporis. tota quātitas hominis
Corpulentus.qui habet groſſum corpus.
Cartilago inis.naris vel auris oſſea teneritudo.
Membrana membrane tela.
Cutis ⁊ pellis idem.
Cicatrix icis.ſignum vulneris:
Neuus neui.quodcūqꝫ ſignum in carne.
Verruca e.puſtula carnem ſuperexcedens.
Tuber eris.quedā infirmitas vel quicūqꝫ tumor.
Callum li.duritics que fit in manibus laborātiū.
Villus li.viloſus pili ſubtiles
Pilus li.vnde piloſus notum eſt.
Glaber glabra glabrum lenis.i.ſine pilis.
Vena e.dicitur quaſi naranti ſanguinis via.
Arteria e.vena aeris plena.
Fibra e.vena ſubtilis.
Pori orum.loci per carnes vnde ſudor exit.
Vertebra e.os quod in genu vertitur.
Muſculus li.caput neruorum.

Ruga ge.plica carnea que fit in ſenibus: vnde rugoſus humores ⁊ ex crementa corporis.
Sanguis inis notum eſt.
Bilis bilis colera.
Atrabilis melancholia.
Pituita e.pelegma.
Semen inis grece ſperma.
Sanies ei.putredo vel ſanguis infectus.
Tabes is.ſanguis corruptus.
Mucus muci.immūdicie que per nares exeūt.
Sternutamētum ſternutatio ⁊ ſternutus idem.
Saliua ſaliue notū eſt. dr eni ſic.qꝛ ſalis hꝫ ſaporem.
Sputū immūdicia q̄ cū vi et tuſſi a pectore eijcitur.
Lachryma me.eſt quedā infirmitas oculorum vel dicitur a lachrymor aris.i.plorare.
Anima ſiue anhelitus vel anhelus idem.
Lotium tij.⁊ vrina e.idem.
Stercus ſimus vētris purgamētum.
Lac lactis dicitur a leucos grece ⁊ latine album.
Colloſtrum tri.eſt lac imperfectū veniens matribus ante partum.
Sudor oris notum eſt.

¶ Habitudines corporum.

Nanus ⁊ pumilio hō ſtatura puſillus
Procerus homo grandis ſtature.
Mediocri ſtatura qui tenet medium.
Craſſis qui habent corpus pingue.
Macri ⁊ macilenti per contrarium habētes corpus exile et macrum.
Pulcher formoſus ſpecioſus idem.
Turpis et deformis idem.
Surdus di.qui nō poteſt audire
Cecus ceca cecum.viſu priuatus.
Lippus a um.qui habet oculos lachrymantes.
Mancus ⁊ mancinus:orbatus altero membrorū vel officio eius.
Gibboſus ⁊ gymberoſus qui habet gybbum aut tumorem in poſterioribus.
Claudus claudi dr q̄ſi pedib' clauſis.i.impeditus.

¶ Hominum officia.

Papa ſummus ſacerdos:ſummus pōtifex idem.
Cardinalis notū eſt et que ſequuntur dignitates ſcꝫ et officia perſonarū eccleſie.
Epiſcopus epiſcopi.
Archiepiſcopus archiepiſcopi.
Decanus decani.
Archidiaconus archidiaconi.
Canonicus canonici.
Portionarius portionarij.
Beneficiarius rij.qui habet beneficium.
Sacerdos quaſi dos ſacra:vel ſacra dans.
Preſbyter pro eodem.
Clericus qui habet primam tonſuram.
Dyaconus dicitur a dya quod eſt duo et conos honor quaſi duos habens honores vel ordines.
Subdyaconus quaſi infra dyaconum qui h abet primum ordinem.
Acholitus acholiti.
Exorciſta exorciſte.
Edituus editi.
Sacriſta ſacriſte.
Cantor cantoris.
Archipreſbyter.
Vicarius qui habet vices epiſcopi.
Antiſtes preſul.pontifex.prelatus.
Monachus monachi.
Heremita te.qui in heremo habitat.
Frater fratris.
Soror ſororis.
Monialis is. monacha idem.

Rex ⁊ regina notum eſt.
Dictator ris .imperator.
Augusta ſte.imperatrix.
Imperator aliqñ dicit̄ capitane' ꝗ habuit victoriam.
Dux cis.capitaneus ſiue exercitus ductor.
Dux ci.cõe quedã dignitas militaris que eſt ſup mar chiones ⁊ comites.
Comes ꝗ alium ſequitur ⁊ ſociat.
Comes tis.cõe.quedam dignitas.
Marchio onis.quedam dignitas inter magnates et nobiles.
Primipilus li.alia dignitas.
Aeſignantes ⁊ ſignifer.ꝗ in ſignũ vel vexillũ portat.
Meriſcatus dignitas ſecularis vł hoſpitator nobiliũ ⁊ maxime curialium.
Preſes p̄ſidis põt dici caſtellan' vel capitaneus
Pretor p̄toris.gubernator.
Propretor ꝗ habet vices pretoris.
Queſtores erarij.ꝗ cõputant ⁊ cuſtodiũt pecunias dño rum ⁊ vrbium.
Queſtores prouinciales qui colligunt gabellas ⁊ alia huiuſmodi.
Queſtores criminum.qui trahũt ligatos criminoſos p̄tor: executor qui executat penas a p̄tore: īpoſitas
Senatores conſiliarij.
Tabellio.publicus ſcriba.
Notari' ꝗ ſcribit alio dicente.
Librarius ſcriptor librorũ.
Preco onis.ꝗ vocib' denũciat edicta iudicũ vel p̄toꝝ.
Nomẽdator ꝗ alicui nomẽ imponit.
Carnifex carnificis.ꝗ dãnatos in iudicio mutilat vel ſuſpendit ⁊ cetera talia exercet.
Patricius cij.qui prouidet reipublice
Eques auratus.nobilis ex genere
Eques itis homo incedens equo.
Pedes peditis:qui incedit pedeſter.
Miles itis.Cõmune homo armatus vel mulier.
Satelles ſtipator.ſtator.apparitor.anteãbulator idẽ
Miniſter ſtri.ꝗ alicui ſeruit aliqđ officiũ miniſtrãdo.
Exoleť ti.adultus qui alicui ſeruit vel miniſtrat
Structor oris ꝗ in domo alicui' nobilis alios inſtruit
Chironomon ontis.ꝗ carnes corã domino ſcindit.
Coquus coqui qui ordinat cibos.
Promus i.diſpenſator domus.
Opſonator ꝗ habet curã emẽdi neceſſaria
Librarius ij.qui portiones diuidit.
Artocopus pi.qui cuſtodit panem vel piſtor vel panis laborioſe factus.
Pollinctor oris.mgr̄ molendini ⁊ ꝗ mortuos curat.
Architriclinus.prepoſit' vel principalis domus.
Pincerna ne.qui ſeruit vinũ adminiſtrãdo.
Celator oris.magiſter fabricans res argenteas.
Argentari' campſor eſt pecuniarum.
Menſarius ⁊ trapezita ⁊ teloncarius:idem.
Mercator a mercor aris.vel a merx cis.
Mercator minut' qui reuẽdit qđ ante emit.
Bibliopola le.librorum eſt mercator.
Myropola le.ꝗ vẽdit ſpecies ⁊ alias merces minutas
Pharmacopola idem eſt qđ apothecarius.
Dulciarius qui facit confectiones
Marculus li.qui cudit monetam.
Faber ferrarius ꝗ aliquid fabricat ex ferro.
Faber lignarius qui operatur aliquid ex lignis alias Architectus.
Faber erari' qui fabricat ex ere.
Infector oris.tinctor.
Veterinari' ij.ꝗ veterina ducit vel eoꝝ curam habet.
Veterina alalia dicunt̄ ꝗcũꝗ vehere qđ poſſunt ⁊ a vehendo ⁊ non a vetuſtate dicuntur.
Fullo onis.ꝗ pannos lauat ⁊ polit.
Fullona ne femina idem faciẽs.
Mulio onis.muloꝝ inſectator ⁊ ductor.
Agaſo onis.qui equos ducit.
Tabellari' ij.ꝗ litteras portat ab aliquo miſſas vel ta bellio.i.ſcriba.
Nuncius ij.ia eſt ꝗ aliquid nunciat.
Caduceator ⁊ legatus cõiter dicitur ambaſſator
Interpres.ꝗ per vnã linguam interpretatur aliam.
Proſoneta.ꝗ res alienas vẽdit inde mercedẽ recipiẽs
Sartor ⁊ ſarcinator a ſartio is.
Reſartor.qui aliqđ repetiat.
Sutor ris.ꝗ facit calciamenta.
Tonſor nõ barbitonſor:ꝗ radit barbam.
Lintearius ij.ꝗ facit vel vendit telas
Sagarius ij.ꝗ facit vel vendit ſagum.
Pictor ris.notũ eſt qui pingit.
Figulus i.qui fabricat ex luto vaſa.
Schenobates:ꝗ ãbulat ſup chordã extẽſam in area.
Petaur' i.ꝗ ex agilitate corporis leuiorib' ſaltib' mo uetur ⁊ alios ludos exercet.
Preſtigiator ꝗ preſtigia exercet ⁊ operatur.
Hiſtrio onis.eſt geſticulator.
Scurra e.ꝗ turpiter iacendo domos aliorũ ſectat̄.
Paraſitus qui hoc facit precio aſſignato
Graſſator oris.latro vel predator.
Prefuga ⁊ trãſfuga ꝗ de vno exercitu fugit ad alium.
Iconomus villicus magiſter domus.
Architectus i.qui domos edificat.
Fidicen.qui chorda canit.
Tibicen inis.qui in tibia canit.
Cornicen qui in cornua canit.
Tibicem qui tuba canit.
Hydraules:qui inſtrumentum aquatile pulſat.
Tympaniſtria qui tympana pulſat.
Saltator oris i.tripudiator.
Chirurgus i.qui vulnera ⁊ vlcera medetur.
Medicus i.ꝗ alias infirmitates.vt febres medetur.
Iuriſconſultus.idem eſt quod iuriſta.
Pragmaticus i.procurator
Aduocat' i.qui alterius cãm in iudicio agit.
Fenerator oris i.vſurarius.
Preceptor oris.idem eſt quod magiſter.
Pedagogus magiſter paruulorum.
Porculator oris.qui cuſtodit porcos.
Subulcus i.pro eodem.
Bubulcus i.qui cuſtodit boues.
Caprarius ꝗ cuſtodit capras
Paſtor ris.notũ eſt ꝗlibet ſupradictoꝝ dicitur paſtor.
Apiari' ij.qui apes gubernat cuſtodit.
Agricola le.dicit̄ quaſi agrum colens.
Ruſticus ꝗ in rure habitat ⁊ in campis.
